

The Electronic *Compendium moralium notabilium* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/CMN/index.html>)

867 quotations attributed to Seneca in the *Compendium moralium notabilium*
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 1, Rubrica 1: De religione et superstitione (fol.1ra):

Seneca declamationum libro capitulo 8. **Fortuna quos miseros facit: etiam superstitiosos facit.**

‘Irata’ inquit ‘dis sacrilegium potuit admittere’; frangitur calamitosis animus et ipsa se infelicitas damnat et hoc condicio humana vel pessimum habet, quod Fortuna quos miseros fecit etiam superstitiosos facit.

Seneca Rhetor, *Controuersiarum excerpta*, 8.1 (L. Hakanson ed., p.228).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 20: De elemosyna (fol.8ra):

Seneca de beneficiis libro 2. **Dabo egenti: sed vt ipse non egeam: succurram perituro: sed vt ipse non peream.**

Cum summa amicitiae sit amicum sibi aequare, utrique simul consulendum est: dabo egenti, sed ut ipse non egeam; succurram perituro, sed ut ipse non peream, nisi si futurus ero magni hominis aut magnae rei merces.

Seneca, *De beneficiis*, 2.15.1 (E. Hosius ed., p.32).

Liber 1, Pars 1, Rubrica 24: De vanitate mundi et hominis et humanorum bonorum (fol.8vb-9ra):

Seneca de consolatione ad paulinum. **Omnia ista bona que nos speciosa sed fallaci voluptate delectant: pecunia: dignitas: potentia: aliaque complura ad que generis humani caeca cupiditas obstupescit: cum labore possidentur: cum invidia conspiciuntur: eosdemque ipsos quos exhonorant premunt: et plus eis minantur quam prosunt: lubrica et in terra sunt: nunquam bene tenentur.**

Omnia ista bona, quae nos speciosa sed fallaci voluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia aliaque complura, ad quae generis humani caeca cupiditas obstupescit, cum labore possidentur, cum invidia conspiciuntur, eos denique ipsos, quos exornant, et premunt; plus minantur quam prosunt; lubrica et incerta sunt, numquam bene tenentur; nam ut nihil de tempore futuro timeatur, ipsa tamen magnae felicitatis tutela sollicita est.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 9.5 (E. Hermes ed., p.322).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 25: De mundo et carnalibus concupiscentiis contemnendis propter futuram gloriam anime post mortem corporis (fol.9vb):

Seneca in epistolis ad lucillum libro 3. epistola 4. **Nemo alius est deo dignus quam qui opes contempsit: quarum positionem tibi non interdico sed efficere volo vt illas intrepidus possideas: quod vno consequeris modo si te etiam sine illis beatum victurum persuaseris tibi. Si illas tamquam exituras semper aspexeris.**

Nemo alius est deo dignus quam qui opes contempsit. Quarum possessionem tibi non interdico, sed efficere volo, ut illas intrepide possideas: quod uno consequeris modo, si te etiam sine illis beate victurum persuaseris tibi, si illas tamquam exituras semper aspexeris.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 18.13 (O. Hense ed., p.57).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 27: De penitentia et contritione peccatorum (fol.10r):

Seneca tragediarum in agamenone capitulo 4. **Quem penitet peccasse pene est innocens.**¹ Idem de naturalibus questionibus libro secundo: **Fidelissimus est qui ad honesta ex penitentia transit.**²

1. CLYTEMESTRA: Amor iugalis vincit ac flectit retro: / referamur illuc, unde non decuit prius / abire; sed nunc casta repetatur fides, / nam sera numquam est ad bonos mores via: / quem paenitet peccasse paene est innocens.

Seneca, *Agamemno*, 239-243 (R. Peiper & G. Richter eds., p.251).

2. Fidelissimus est ad honesta ex paenitentia transitus.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 3.praef.3 (H.M. Hine ed., p.109).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 28: De paradiso salute premio et gloria animarum bonorum hominum (fol.11ra):

Seneca tragediarum in hercule hereo capitulo 26. et finali. **Nunquam stigas fertur ad vmbras
Inclita virtus in vite fortis. Nec leteos seua per amnes Uos fata trahent: sed cum summas
Exiget horas consumpta dies: Iter ad superos gloria pandet.**

Numquam stygias fertur ad umbras / inclita virtus: vivunt fortes / nec lethaeos saeva per
amnes / vos fata trahent, sed cum summas / exiget horas consumpta dies, / iter ad supero
gloria pandet.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 1983 (R. Peiper & G. Richter eds., p.394).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 30: De peccato et peccatoribus consideratione religiosa (fol.11vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 17. epistola 2. **Omnibus crimen suum voluptati est.**¹ Idem de moribus. **Omne peccatum actio est voluntaria.**²

1. Non gaudet navigio gubernator everso, non gaudet aegro medicus elato, non gaudet orator, si patroni culpa reus cecidit, at contra omnibus crimen suum voluptati est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 97.11 (O. Hense ed., p.462).

2. Omne peccatum actio est. Actio autem omnis voluntaria est tam honesta quam turpis; ergo voluntarium est omne peccatum.

Martinus Bracarenensis, *Libellus de moribus*, 1 (PL 72, col.29A).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 42: De falsis opinionibus contrariis christiane religioni cognoscendis et damnandis in libris vsualibus christianorum. Secundo circa fatum (fol.14va):

Seneca tragediarum in octauia capitulo 19. et finali. **Regitur fatis mortale genus.**¹ Idem de naturalibus libro 3. **Ordine fati rerum eterna series rotat.**² Idem de prouidentia. **Scio omnia certa et in eternum dicta lege decurrere: quo fata nos ducunt: et quantumcunque temporis restat prima nascentium hora disposuit.**³ Idem de consolatione ad paulinum. **Mutare fata non possumus: stant dura et inexorabilia.**⁴

1. CHORVS: Regitur fatis mortale genus, / nec sibi quisquam spondere potest / firmum et stabile — / per quam casus volvit varios / semper nobis metuenda dies; / animum firment exempla tuum, / iam multa domus quae vestra tulit: / quid saevior est fortuna tibi?

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 924 (R. Peiper & G. Richter eds., p.428).

2. Quemadmodum rapidorum aqua torrentium in se non recurrit, ne moratur quidem, quia priorem superueniens praecipitat, sic ordinem fati rerum aeterna series rotat, cuius haec prima lex est, stare decreto.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 2.35.2 (H.M. Hine ed., p.641).

3. Nihil cogor, nihil patior invitus nec servio deo sed assentior, eo quidem magis, quod scio omnia certa et in aeternum dicta lege decurrere. Fata nos ducunt et quantum cuique temporis restat prima nascentium hora disposuit.

Seneca, *De prouidentia*, 5.6 (E. Hermes ed., p.16).

4. Diutius accusare fata possumus, mutare non possumus: stant dura et inexorabilia; nemo illa convicio, nemo fletu, nemo causa movet; nihil umquam ulli parcunt nec remittunt.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 4.1 (E. Hermes ed., p.315).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 42: De falsis opinionibus contrariis christiane religioni cognoscendis et damnandis in libris vsualibus christianorum. Quinto contra animam humanam (fol.14vb):

Seneca tragediarum in troade capitulo 5. **Queris quo iaceas post obitum loco. Quo non nata iacent.**¹ Idem de consolatione ad marciam: **Cogita nullum defunctum malis affici. Illa que nobis inferos faciunt terribiles fabula est.**²

1. Quaeris quo iaceas post obitum loco? / quo non nata iacent.

Seneca, *Troades*, 407 (R. Peiper & G. Richter eds., p.65).

2. Cogita nullis defunctum malis adfici, illa, quae nobis inferos faciunt terribiles, fabulas esse, nullas imminere mortuis tenebras nec carcerem nec flumina igne flagrantia nec oblivionem amnem nec tribunalia et reos et in illa libertate tam laxa ullos iterum tyrannos: luserunt ista poetae et vanis nos agitavere terroribus.

Seneca, *Consolatio ad Marciam*, 19.4 (E. Hermes ed., p.179).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 1: De bono et malo (fol.15rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 8. capitulo i. **Bonum omne diuinum est.**¹ Libro 15. capitulo i. **Sapientia perfectum bonum est mentis humane.**² Libro 20. et finali capitulo i. **Bonum est quod ad se impetum animi secundum naturam mouet.**³ Idem de consolatione ad paulinum. **Non sentire mala sua non est hominis: et non ferre non est viri.**⁴ Idem de naturalibus questionibus libro 5. **Nullum malum si est effugio est.**⁵

1. Si ratio divina est, nullum autem bonum sine ratione est, bonum omne diuinum est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 66.12 (O. Hense ed., p.213).

2. Sapientia perfectum bonum est mentis humanae.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 89.4 (O. Hense ed., p.376).

3. Melius illi, qui ita finierunt: 'Bonum est, quod ad se impetum animi secundum naturam mouet et ita demum petendum est, cum coepit esse expetendum.'

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 118.9 (O. Hense ed., p.575).

4. Optime certe illos imitaberis, qui cum indignari possent non esse ipsos exortes huius mali, tamen in hoc uno se ceteris exaequari hominibus non iniuriam sed ius mortalitatis iudicauerunt tuleruntque nec nimis acerbe et aspere, quod acciderat, nec molliter et effeminate; nam et non sentire mala sua non est hominis et non ferre non est viri.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 17.2 (E. Hermes ed., p.335).

5. Nullum malum sine effugio est.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 6.1.6 (H.M. Hine ed., p.231).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 2: De honesto et licito et inhonesto seu turpi (fol.15vb):

Seneca tragediarum in octauia capitulo 10. **Id facere laus est quod decet non quod licet.**¹ Idem in epistolis ad lucillum libro 2. capitulo 5. **Honestum enim vile est cui corpus nimis carum est.**²

1. SENECA: Id facere laus est quod decet, non quod licet.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 454 (R. Peiper & G. Richter eds., p.412).

2. Honestum ei vile est, cui corpus nimis carum est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 14.2 (O. Hense ed., p.39).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 3: De virtutibus et vitiis (fol.16va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 9. epistola 3. **Uitia nobis sub virtutum nomine reperiunt.**¹ Libro 4. capitulo i. **Uirtus non aliud quam recta ratio est.**² Libro 15. capitulo 3. **Non dat natura virtutem: ars est bonum fieri.**³ **Uirtus non contingit animo nisi instituto et docto: et ad summum assidua exercitatione perducto.**⁴ Libro 16. capitulo 2. **Erras si existimas nobiscum vitia nasci supervenerunt ingesta sunt.**⁵ Libro 18. capitulo 4. **Si velis vitiis exui: longe a vitiorum exemplis recedendum est.**⁶ Libro 19. epistola 10. **Uitia nostra que amamus defendimus: et malumus excusare illa quam excutere.**⁷ Libro 20. et finali epistola. 3. **Sunt virtutibus vitia confinia: et perditis quoque ac turpibus recti similitudo est.**⁸ capitulo 5. **Omnia vitia contra naturam pugnant.**⁹ Idem de ira libro 2. **Cum virtutibus vitia non cedunt.**¹⁰ Idem de tranquillitate animi. **Serpunt vitia et in proximum quemquam transiliunt et in contactu nocent.**¹¹ Idem de beata vita: **Uirtus malam vitam non admittit.**¹² **In virtute est posita felicitas.**¹³ Idem de consolatione ad paulinum: **Uirtus neminem dedignatur: qui illa dignum se iudicat.**¹⁴ Idem tragediarum in medea capitulo 3. **Nunquam potest non esse virtuti locus.**¹⁵

1. Vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 45.7 (O. Hense ed., p.134).

2. Virtus non aliud quam recta ratio <est>.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 66.32 (O. Hense ed., p.219).

3. Non enim dat natura virtutem: ars est bonum fieri.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 90.44 (O. Hense ed., p.396).

4. Omnibus his virtutibus habebat similia quaedam rudis vita: virtus non contingit animo nisi instituto et edocto et ad summum assidua exercitatione perducto.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 90.46 (O. Hense ed., p.396).

5. Erras enim, si existimas nobiscum vitia nasci: supervenerunt, ingesta sunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.55 (O. Hense ed., p.432).

6. Si velis vitiis exui, longe a vitiorum exemplis recedendum est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 104.21 (O. Hense ed., p.501).

7. Immo mehercules aliud est in re: vitia nostra quia amamus, defendimus et malumus excusare illa quam excutere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 116.8 (O. Hense ed., p.563).

8. Sunt enim, ut scis, virtutibus vitia confinia, et perditis quoque ac turpibus recti similitudo est: sic mentitur prodigus liberalem, cum plurimum intersit, utrum quis dare sciat an servare nesciat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 120.8 (O. Hense ed., p.583).

9. Omnia vitia contra naturam pugnant, omnia debitum ordinem deserunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 122.5 (O. Hense ed., p.596).

10. Deinde verte istud: necesse est prius virtutem ex animo tollas quam iracundiam recipias, quoniam cum virtutibus vitia non coeunt, nec magis quisquam eodem tempore et iratus potest esse et vir bonus quam aeger et sanus.

Seneca, *De ira*, 2.12.2 (E. Hermes ed., p.83).

11. Quos scilicet vacuos, quantum fieri poterit, a cupiditatibus eligemus; serpunt enim vitia et in proximum quemque transiliunt et contactu nocent.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 7.3 (E. Hermes ed., p.257).

12. Adice nunc, quod voluptas etiam ad vitam turpissimam venit, at virtus malam vitam non admittit, et infelices quidam non sine voluptate, immo ob ipsam voluptatem sunt, quod non eveniret, si virtuti se voluptas inmiscuisset, qua virtus saepe caret, numquam indiget.

Seneca, *De uita beata*, 7.2 (E. Hermes ed., p.202).

13. Ergo in virtute posita est vera felicitas.

Seneca, *De uita beata*, 16.1 (E. Hermes ed., p.213).

14. Quamvis sint in aliis rebus dignitatum ac nobilitatum magna discrimina, virtus in medio posita est: neminem dedignatur, qui modo dignum se illa iudicat.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 17.2 (E. Hermes ed., p.335).

15. MEDEA: Numquam potest non esse virtuti locus.

Seneca, *Medea*, 161 (R. Peiper & G. Richter eds., p.124).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 4: De felicitate et beatitudine et summo bono (fol.17rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 2. epistola i. **Non est beatus qui se esse non putat.**¹ Libro 8. capitulo i. **Apud epicurum duo bona sunt: ex quibus summum bonum componitur: vt corpus sine dolore sit: animus sine turbatione.**² Idem de beata vita. **Beatus est is cui omne habitum rerum suarum ratio commendat.**³ Idem de remediis fortune capitulo 21. et finali. **Felix est non qui aliis videtur sed qui sibi.**⁴ Idem in prouerbiis. **Nulla est tam bona fortuna de qua nihil possit queri.**⁵

1. Ut scias autem hos sensus esse communes, natura scilicet dictante, apud poetam comicum inuenies: ‘Non est beatus, esse se qui non putat.’

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 9.21 (O. Hense ed., p.26).

2. Nec est, quare hoc inter nostra placita mireris: apud epicurum duo bona sunt, ex quibus summum illud beatumque componitur, ut corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 66.45 (O. Hense ed., p.223).

3. Beatus ergo est iudicii rectus; beatus est praesentibus, qualiacumque sunt, contentus amicusque rebus suis; beatus est is, cui omnem habitum rerum suarum ratio commendat.

Seneca, *De uita beata*, 6.2 (E. Hermes ed., p.201).

4. Felix est non qui aliis videtur, sed qui sibi; vides autem, quam rara domi sit ista felicitas.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 16.9 (F. Haase ed., p.457).

5. Nulla tam bona est fortuna, de qua nihil possis queri.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 384 (W. Meyer ed., p.44).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 5: De tranquilli et bona vita et non bona (fol.18rb):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 2. **Nouit paucos secreta quies. Dum fata sinunt Uivite leti: properat cursu Uita citato volucricque die. Rota precipitis vertitur anni.**¹ In tieste capitulo 4. **Stet quicumque volet potens Aule culmine lubrico. Me dulcis saturet quies.**² In agamemnone capitulo 2. **Nunquam placidam scepra quietem. Certumue sui tenuere diem.**³ **Ferunt celsos fulmina colles. Corpora morbis maiora patent. Modicis rebus longius eum est.**⁴ Idem epistolarum ad lucillum libro 3. capitulo 2. **Liquere hoc scio neminem posse beate viuere nec laudabiliter quidem sine sapientie studio.**⁵ Capitulo 6. **Redige te ad parua ex quibus cadere non possis.**⁶ Libro 7. capitulo 5. **Non multum ad tranquillitatem locus confert: animus est qui sibi commendet omnia.**⁷ Idem de consolatione ad paulinum: **Studia optime felicitatem extollunt: et facillime calamitatem minuunt.**⁸ Idem de tranquillitate animi. **Si te ad studia reuocaueris: omne vite fastidium effugies.**⁹ Idem de beata vita: **Uirtus malam vitam non admittit.**¹⁰ **Virtus ad beate viuendum sufficit.**¹¹

1. Novit paucos secreta quies, / qui velocis memores aevi / tempora numquam reditura tenent. / Dum fata sinunt, vivite laeti: / properat cursu vita citato / volucricque die / rota praecipitis vertitur anni; / durae peragunt pensa sorores / nec sua retro fila revolvunt.

Seneca, *Hercules furens*, 175-183 (R. Peiper & G. Richter eds., p.9).

2. Stet quicumque volet potens / aulae culmine lubrico: / me dulcis saturet quies; / obscuro positus loco / leni perfruar otio, / nullis nota quiribus / aetas per tacitum fluat.

Seneca, *Thyestes*, 391-397 (R. Peiper & G. Richter eds., p.294).

3. O regnorum magnis fallax / fortuna bonis, in praecipiti / dubioque locas nimis excelsos; / numquam placidam scepra quietem / certumve sui tenuere diem; / alia ex aliis cura fatigat / vexatque animos nova tempestas.

Seneca, *Agamemno*, 57-63 (R. Peiper & G. Richter eds., p.245).

4. Vela secundis inflata notis / ventos nimium timere suos, / nubibus ipsis inserta caput / turris pluvio vapulat austro, / densasque nemus spargens umbras / annosa videt robora frangi; / feriunt celsos fulmina colles, / corpora morbis maiora patent, / et cum in pastus armenta vagos / vilia currant, / placet in vulnus maxima cervix. Quicquid in altum fortuna tulit, / ruitura levat. Modicis rebus / longius aevum est: felix mediae / quisquis turbae sorte quietus / aura stringit litora tuta / timidusque mari credere cumbam / remo terras propiore legit.

Seneca, *Agamemno*, 90-107 (R. Peiper & G. Richter eds., p.246).

5. Liquere hoc tibi, lucili, scio, neminem posse beate vivere, ne tolerabiliter quidem sine sapientiae studio et beatam vitam perfecta sapientia effici, ceterum tolerabilem etiam inchoata.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 16.1 (O. Hense ed., p.48).

6. Quae potest esse felicitas propior? redige te ad parva, ex quibus cadere non possis, idque ut libentius facias, ad hoc pertinebit tributum huius epistulae, quod statim conferam.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 20.8 (O. Hense ed., p.63).

7. Sed non multum ad tranquillitatem locus confert: animus est, qui sibi commendet omnia.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 55.8 (O. Hense ed., p.169).

8. Tibi vero nihil ex consuetudine mutandum est tua, quoniam quidem ea instituisti amare studia, quae et optime felicitatem extollunt et facillime minuunt calamitatem eademque et ornamenta maxima homini sunt et solacia.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 18.1 (E. Hermes ed., p.336).

9. Si te ad studia revocaveris, omne vitae fastidium effugeris nec noctem fieri optabis taedio lucis, nec tibi gravis eris nec aliis supervacuum; multos in amicitiam adtrahes adfluetque ad te optumus quisque.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 3.6 (E. Hermes ed., p.252).

10. Adice nunc, quod voluptas etiam ad vitam turpissimam venit, at virtus malam vitam non admittit, et infelices quidam non sine voluptate, immo ob ipsam voluptatem sunt, quod non eveniret, si virtuti se voluptas inmiscuisset, qua virtus saepe caret, numquam indiget.

Seneca, *De uita beata*, 7.2 (E. Hermes ed., p.202).

11. Quid ergo? virtus ad beate vivendum sufficit?

Seneca, *De uita beata*, 16.3 (E. Hermes ed., p.213).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 1: De naturalitate et consideratione morali (fol.19ra):

Seneca de ira libro 2. **Naturam mutare difficile est.**¹ Idem epistolarum ad lucillum libro 2. capitulo 2. **Nulla sapientia naturalia corporis aut animi vitia ponuntur. Quicquid infixum et ingenitum est leuiter arte non vincitur.**² **Quaecumque attribuit conditio nascendi et corporis temperantia tamen multum se diuque annis composuerit herebunt.**³

1. Naturam quidem mutare difficile est, nec licet semel mixta nascentium elementa convertere; sed in hoc nosse profuit, ut calentibus ingeniis subtrahas vinum, quod pueris plato negandum putat et ignem vetat igne incitari.

Seneca, *De ira*, 2.20.2 (E. Hermes ed., p.90).

2. Nulla enim sapientia naturalia corporis aut animi vitia ponuntur: quicquid infixum et ingenitum est, lenitur arte, non vincitur.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 11.1 (O. Hense ed., p.28).

3. Quaecumque adtribuit conditio nascendi et corporis temperatura, cum multum se diuque animus composuerit, haerebunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 11.6 (O. Hense ed., p.29).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 2: De moralitate (fol.19rb):

Seneca de ira libro 3. **Sumuntur a conuersantibus mores.**¹ Idem de moribus. **Educatio et disciplina mores faciunt.**²

1. Cum placidissimo et facillimo et minime anxio morosoque vivendum est; sumuntur a conuersantibus mores et ut quaedam in contactos corporis vitia transiliunt, ita animus mala sua proxumis tradit: ebriosus victores in amorem meri traxit, impudicorum coetus fortem quoque et si liceat, virum emolliit, avaritia in proximos virus suum transtulit.

Seneca, *De ira*, 3.8.1 (E. Hermes ed., p.116).

2. Educatio et disciplina mores faciunt; et id unusquisque sapit, quod didicit.

Martinus Bracaraensis, *Libellus de moribus*, 1 (PL 72, col.29A).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 3: De affectibus et motibus animorum (fol.19va-vb):

Seneca in epistolis ad Lucillum libro 11. capitulo 3. et finali. **Facilius est initia affectuum prohibere quam impetum regere.**¹ Libro 19. capitulo 10. **Imbecillus est primo omnis affectus: deinde ipse se concitat et vires dum procedit parat: excluditur facilius quam expellitur. Quis negat omnes affectus a quodam quasi naturali fluere principio.**² Idem de remediis fortune capitulo 21. et finali. **Facilius reges animum nulla vanitate rerum tumentem.**³ Idem de moribus: **Hoc habet omnis affectus: vt in quo insanit ceteros furere putet.**⁴

1. Facilius est enim initia illorum prohibere quam impetum regere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 85.9 (O. Hense ed., p.337).

2. Inbecillus est primo omnis adfectus. Deinde ipse se concitat et vires, dum procedit, parat: excluditur facilius quam expellitur. Quis negat omnis adfectus a quodam quasi naturali fluere principio?

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 116.3 (O. Hense ed., p.561).

3. Ista diu cum forma repugnabunt; facilius reges animum nulla vanitate [rerum] tumentum.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 16.6 (F. Haase ed., p.456).

4. Hoc habet omnis affectus, ut in quod ipse insanit, in id putet etiam caeteros furere.

Martinus Bracaraensis, *Libellus de moribus*, 1 (PL 72, col.29A).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 4: De naturalitate animi circa se et alium (fol.20ra):

Seneca epistolarum ad Lucillum libro 13. capitulo 6. **Nemo nisi cum alteri prodest: sibi proficit.**¹ Libro 14. capitulo i. **Nemo eorum qui in re publica versantur quos vincat: sed a quibus vincatur aspicit: et illis non tam iocundum est multos post se videre: quam graue est aliquem ante se habere.**² Idem de ira libro 2. **Aliena vitia ante oculos habemus: a tergo nostra.**³

1. Nemo non, cum alteri prodest, sibi profuit, non eo nomine dico, quod volet adiuuare adiutus, protegere defensus, quod bonum exemplum circuitu ad facientem revertitur, sicut mala exempla recidunt in auctores nec ulla miseratio contingit iis, qui patiuntur iniurias, quas posse fieri faciendo docuerunt, sed quod virtutum omnium pretium in ipsis est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 81.19 (O. Hense ed., p.311).

2. Adice nunc, quod nemo eorum, qui in re publica versantur, quot vincat, sed a quibus vincatur, aspicit. Et illis non tam iocundum est multos post se videre quam grave aliquem ante se.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 73.3 (O. Hense ed., p.257).

3. Aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt: inde est quod tempesta filii convivia pater deterior filio castigat, et nihil alienae luxuriae ignoscit qui nihil suae negavit, et homicidae tyrannus irascitur, et punit furta sacrilegus.

Seneca, *De ira*, 2.28.8 (E. Hermes ed., p.98).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 5: De moralitate circa se et alium (fol.20ra-rv):

Seneca epistolarum ad Lucillum libro 2. capitulo i. **Si vis amari ama.**¹ Libro 3. capitulo i. **Cum aspexeris: qui te antecedant cogita qui sequantur. Si vis gratus esse aduersus deos et aduersus vitam tuam: cogita quam multos antecesseris.**² Libro 4. capitulo 8. et finali. **Multo ad rem pertinet magis: qualis tibi videaris quam qualis aliis.**³ Libro 6. capitulo 5. **Sic cum inferiore viuas quemadmodum tecum superiorem viuere velles.**⁴

1. Hecaton ait: 'Ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficae carmine: si vis amari, ama.'

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 9.6 (O. Hense ed., p.21).

2. Cum aspexeris, quot te antecedant, cogita, quot sequantur. Si vis gratus esse aduersus deos et aduersus vitam tuam, cogita, quam multos antecesseris.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 15.10 (O. Hense ed., p.47).

3. Multo autem ad rem magis pertinet, qualis tibi videaris quam qualis aliis.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 29.11 (O. Hense ed., p.96).

4. Haec tamen praecepti mei summa est: sic cum inferiore viuas, quemadmodum tecum superiorem velis viuere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 47.11 (O. Hense ed., p.140).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 6: De naturali errore circa se et alium (fol.20va-vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. capitulo i. **Nemo se auarum esse intelligit neque cupidum.**¹ Idem de ira libro 2. **Aliena vitia ante oculos habemus: a tergo nostra.**² Idem declamationum libro 5. capitulo i. **Nemo facile credit quo credito sit dolendum.**³

1. Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat tibi: nemo se auarum esse intellegit, nemo cupidum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 50.3 (O. Hense ed., p.151).

2. Aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt: inde est quod tempestiva filii convivia pater deterior filio castigat, et nihil alienae luxuriae ignoscit qui nihil suae negavit, et homicidae tyrannus irascitur, et punit furta sacrilegus.

Seneca, *De ira*, 2.28.8 (E. Hermes ed., p.98).

3. Nemo quicquam facile credit, quo credito dolendum sit.

Seneca Rhetor, *Controuersiarum excerpta*, 5.2 (L. Hakanson ed., p.153).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 8: De defectu naturali humane moralitatis et naturalitatis (fol.21rb):

Seneca de remediis fortuitorum capitulo 10. **Imbecilles natura sumus.**

“Imbecilles natura sumus.”

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 9.2 (F. Haase ed., p.451).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 10: De viribus corporis (fol.21vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 3. epistola i. **Stulta est et minime conueniens litterato viro occupatio exercendi lacertos et dilatandi ceruicem ac latera formandi.**

Stulta est enim, mi lucili, et minime conueniens litterato viro occupatio exercendi lacertos et dilatandi cervicem ac latera firmandi: cum tibi feliciter sagina cesserit et tori creverint, nec vires umquam opimi bovis nec pondus aequabis.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 15.2 (O. Hense ed., p.44).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 12: De facilitate et difficultate (fol.22rb):

Seneca de ira libro 2. **Nihil est difficile et arduum quod non humana mens vincat: et in familiaritatem perducatur assidua meditatio.**¹ Idem de consolatione ad helviam: **Nihil homini natura quod necessarium faciebat fecit operosum.**²

1. Atqui nihil est tam difficile et arduum quod non humana mens vincat et in familiaritatem perducatur assidua meditatio, nullique sunt tam feri et sui iuris adfectus, ut non disciplina perdomentur.

Seneca, *De ira*, 2.12.3 (E. Hermes ed., p.83).

2. Haec quoque ad usum tantum desiderabit: neque tectum ei deerit neque velamentum; aequae enim exiguo tegitur corpus quam alitur; nihil homini natura, quod necessarium faciebat, fecit operosum.

Seneca, *Consolatio ad Helviam matrem*, 11.1 (E. Hermes ed., p.356).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 16: De nouitatibus (fol.23ra):

Seneca declamationum seu ciuiliu causarum libro 4. in prohemio. **Ad noua homines concurrunt ad noua conueniunt.**¹ Idem de naturalibus questionibus libro 5. **Naturale est magis noua quam magna mirari.**²

1. Hoc in histrionibus, in gladiatoribus, in oratoribus, de quibus modo aliquid fama promisit, in omnibus denique rebus videmus accidere: ad noua homines concurrunt, ad nota non ueniunt.

Seneca Rhetor, *Controuersiae*, 4.praef.1 (L. Hakanson ed., p.142).

2. Adeo naturale est magis noua quam magna mirari.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 7.1.4 (H.M. Hine ed., p.283).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 17: De iuuenum moralitate et naturalitate (fol.23va):

Seneca in epistolis ad lucillum libro 2. capitulo 2. **Uerecundia in adolescente bonum signum est.**¹ Idem de ira libro 2. **Quo plus indulgetur pupillo quo plus licet corruptior sit.**² Idem tragediarum in thieste capitulo 3. **Peiora iuuenes facile precepta audiunt.**³ In troade capitulo 4. **Iuvenile vitium est regere non posse impetum.**⁴

1. Ubi se colligebat, uerecundiam, bonum in adulescente signum, vix potuit excutere: adeo illi ex alto suffusus est rubor.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 11.1 (O. Hense ed., p.28).

2. Dabimus aliquod laxamentum, in desidiam vero otiumque non resolvemus et procul a contactu deliciarum retinebimus; nihil enim magis facit iracundos quam educatio mollis et blanda: ideo unicis quo plus indulgetur, pupillisque quo plus licet, corruptior animus est.

Seneca, *De ira*, 2.21.6 (E. Hermes ed., p.91).

3. Peiora iuuenes facile praecepta audiunt.

Seneca, *Thyestes*, 309 (R. Peiper & G. Richter eds., p.291).

4. AGAMEMNON: Iuvenile vitium est regere non posse impetum; / aetatis alios fervor hic primus rapit, / pyrrhum paternus.

Seneca, *Troades*, 250-252 (R. Peiper & G. Richter eds., p.60).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 2: De bonitate et prauitate (fol.25vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 17. epistola 2. **Ad deteriora faciles sumus. Omnibus crimen suum voluptati est.**¹ Libro 20. et finali epistola 6. **Nemo est casu bonus: discenda virtus est.**² Idem de beneficiis libro 5. **In animis voluntas bona: sed occupatur modo delitiis ac situ: modo officii inscitia.**³ Idem de clementia: **Ubi discrimine inter bonos malosque sublatum est: confusio sequitur et vitiorum eruptio.**⁴

1. Ad deteriora faciles sumus, quia nec dux potest nec comes deesse, et res ipsa etiam sine duce, sine comite procedit. Non primum est tantum ad vitia, sed praeceps, et quod plerosque inemendabiles facit, omnium aliarum artium peccata artificibus pudori sunt offenduntque deerrantem, vitae peccata delectant. Non gaudet navigio gubernator everso, non gaudet aegro medicus elato, non gaudet orator, si patroni culpa reus cecidit, at contra omnibus crimen suum voluptati est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 97.10-11 (O. Hense ed., p.462).

2. <Haec graecae consuetudini data sint,> nos ad illa potius aures derigamus: Nemo est casu bonus. Discenda virtus est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 123.16 (O. Hense ed., p.606).

3. Inest interim animis voluntas bona, sed torpet modo deliciis ac situ, modo officii inscitia; hanc utilem facere debemus nec irati relinquere in vitio, sed ut magistri patienter ferre offensiones puerorum discentium memoriae labentis; quae quemadmodum saepe subiecto uno aut altero verbo ad contextum reddendae orationis adducta est, sic ad referendam gratiam admonitione revocanda est.

Seneca, *De beneficiis*, 5.25.6 (E. Hosius ed., p.144).

4. Adice, quod magna pars hominum est, quae reverti ad innocentiam possit, si non tamen volgo ignoscere decet; nam ubi discrimen inter malos bonosque sublatum est, confusio sequitur et vitiorum eruptio; itaque adhibenda moderatio est, quae sanabilia ingenia distinguere a deploratis sciat.

Seneca, *De clementia*, 1.2.1 (E. Hosius ed., p.213).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 3: De conscientia benignitatis et malignitatis (fol.26rb):

Seneca in prouerbiis. **Plerique famam: conscientiam pauci verentur.**

Plerique famam, conscientiam pauci verentur.

Publilius Syrus, *Sententiae*, prou. 57 (E. Woelfflin ed., p.97).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 4: De innocentia (fol.26vb):

Seneca tragediarum in edipo capitulo 14. et finali. **Nemo fit fato nocens.**¹ In hercule hertheo capitulo 8. **Haud est nocens quicumque non sponte est nocens.**² Idem epistolarum ad lucillum libro 18. epistola 5. **Securitatis magna portio est: nihil inique facere.**³

1. IOCASTA: Fati ista culpa est: nemo fit fato nocens.

Seneca, *Oedipus*, 1019 (R. Peiper & G. Richter ed., p.239).

2. Haut est nocens quicumque non sponte est nocens.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 886 (R. Peiper & G. Richter eds., p.352).

3. Securitatis magna portio est nihil inique facere: confusam vitam et perturbatam inpotentes agunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 105.7 (O. Hense ed., p.507).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 5: De iniuria seu contumelia et offensione (fol.27rb):

Seneca epistularum ad lucillum libro 13. epistola 6. **Animo et beneficia et iniurie constant.**¹
Libro 16. epistola 2. **Iniuriarum remedio est obliuio.**² Epistola 3. et finali. **Miserius est nocere quam ledi.**³ Libro 17. epistola 2. **Tuta scelera esse non possunt.**⁴ **Proprium est nocentium trepidare.**⁵ Libro 18. **Nulli non ad nocendum satis virium est.**⁶ Seneca de clementia: **Pestifera vis est valere ad nocendum.**⁷ Idem de moribus: **Iniuriarum memoria tenax est.**⁸ Idem in prouerbiis. **Multis minatur qui vni facit iniuriam.**⁹

1. Iam illa manifestiora sunt, quam ut admoneri debeas quaerendum esse, quam libenter profuerit, quam invitus nocuerit, quoniam animo et beneficia et iniuriae constant.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 81.5 (O. Hense ed., p.307).

2. Iniuriarum remedium est obliuio.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.28 (O. Hense ed., p.425).

3. Ex illius constitutione miserius est nocere quam laedi.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 95.52 (O. Hense ed., p.452).

4. Ita est, tuta scelera esse possunt, secura esse non possunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 97.13 (O. Hense ed., p.463).

5. Proprium autem est nocentium trepidare.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 97.16 (O. Hense ed., p.464).

6. Nulli non ad nocendum satis virium est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 105.4 (O. Hense ed., p.506).

7. Ita enim magnae vires decori gloriaeque sunt, si illis salutaris potentia est; nam pestifera vis est valere ad nocendum.

Seneca, *De clementia*, 1.3.3 (E. Hosius ed., p.214).

8. Re uera memoria beneficiorum fragilis est, iniuriarum tenax.

Publilius Syrus, *Sententiae*, prou. 84 (E. Woelfflin ed., p.105).

9. Multis minatur, qui uni facit iniuriam.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 310 (W. Meyer ed., p.40).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 7: De voluntario et inuoluntario (fol.28ra):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 7. epistola 8. **Da operam ne quid vnquam inuitus facias. Quicquid futurum est necesse est futurum repugnanti. In volentem necessitas non est. Qui imperia libens excipit partem acerbissimam seruitutis effugit. Non qui iussus aliquid facit miser est: sed qui inuitus facit. Sic animum componamus vt quicquid res exigit id velimus.**¹

Libro 8. epistola i. **Nihil honestum est quod ab initio quod a coacto fit. Omne honestum voluntarium est.**² Libro 13. epistola 6. **Animo et beneficia et iniurie constant.**³ Libro 16.

epistola 3. et finali. **Actio recta non erit: nisi recta fuerit voluntas. Ab hac enim actio est.**⁴

Idem de moribus: **Omne peccatum actio est voluntaria.**⁵

1. Da operam, ne quid vnquam inuitus facias. Quicquid necesse futurum est repugnanti, [in] volenti necessitas non est. Ita dico: qui imperia libens excipit, partem acerbissimam seruitutis effugit, facere quod nolit. Non qui iussus aliquid facit, miser est, set qui inuitus facit. Itaque sic animum componamus, ut quicquid res exigit, id velimus et in primis ut finem nostri sine tristitia cogitemus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 61.2-3 (O. Hense ed., p.195).

2. Quare? dicam: quia nihil honestum est, quod ab invito, quod coactum fit. Omne honestum voluntarium est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 66.16 (O. Hense ed., p.214).

3. Iam illa manifestiora sunt, quam ut admoneri debeas quaerendum esse, quam libenter profuerit, quam inuitus nocuerit, quoniam animo et beneficia et iniuriae constant.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 81.5 (O. Hense ed., p.307).

4. Actio recta non erit, nisi recta fuerit voluntas, ab hac enim est actio.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 95.57 (O. Hense ed., p.453).

5. Omne peccatum actio est. Actio autem omnis voluntaria est tam honesta quam turpis; ergo voluntarium est omne peccatum.

Martinus Bracaraensis, *Libellus de moribus*, 1 (PL 72, col.29A).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 10: De assensu permissione et prohibitione (fol.28vb):

Seneca tragediarum in troade capitulo 4. **Qui non vetat peccare cum possit iubet.**

In me culpa cunctorum redit: / qui non vetat peccare, cum possit, iubet.

Seneca, *Troades*, 290-291 (R. Peiper & G. Richter eds., p.61).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 11: De necessitate (fol.28vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 7. capitulo 8. **Sic animum componamus: vt quicquid res exigit id velimus.**

Itaque sic animum componamus, ut quicquid res exiget, id velimus et in primis ut finem nostri sine tristitia cogitemus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 61.3 (O. Hense ed., p.195).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 12: De violentia et coactione (fol.29ra-rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 8. capitulo i. **Nihil honestum est quod ab initio quod a coacto fit.**¹ Idem de tranquillitate animi: **Male respondent coacta ingenia.**² Idem tragediarum in troade capitulo 4. **Violenta nemo imperia continuit diu.**³ In octauia caput 10. **Quicquid exprimitur graue est.**⁴

1. Quare? dicam: quia nihil honestum est, quod ab invito, quod coactum fit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 66.16 (O. Hense ed., p.214).

2. Considerandum est, utrum natura tua agendis rebus an otioso studio contemplationique aptior sit, et eo inclinandum, quo te vis ingenii feret – isocrates ephorum iniecta manu a foro subduxit utiliorem componendis monumentis historiarum ratus –; male enim respondent coacta ingenia, reluctantante natura inritus labor est.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 7.2 (E. Hermes ed., p.257).

3. Violenta nemo imperia continuit diu, / moderata durant; quoque fortuna altius / evexit ac levavit humanas opes, / hoc se magis suppressere felicem decet / variosque casus tremere metuentem deos / nimium faventes.

Seneca, *Troades*, 258-263 (R. Peiper & G. Richter eds., p.60).

4. SENECA: Quicquid exprimitur grave est.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 458 (R. Peiper & G. Richter eds., p.412).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 13: De culpa et excusatione (fol.29rb-va):

Seneca tragediarum in epido capitulo 14. et finali. **Nemo fit fato nocens.**¹ In hercule etheo capitulo 8. **Error a culpa vacat.**² Idem epistolarum ad lucillum libro 19. epistola 10. **Uitia nostra quia amamus defendimus: et malumus excusare illa quam excutere.**³ Idem declamationum libro 7. in proemio. **Hoc equale omnium est vt vitia sua excusare malint quam effugare.**⁴ Idem de naturalibus questionibus libro 4. **Nihil tam manifeste vtilitatis est quod non in contrarium transeat culpa.**⁵

1. IOCASTA: Fati ista culpa est: nemo fit fato nocens.

Seneca, *Oedipus*, 1019 (R. Peiper & G. Richter ed., p.239).

2. HYLLVS: Parce iam, mater, precor, / ignosce fati; error a culpa vacat.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 982-3 (R. Peiper & G. Richter eds., p.356).

3. Immo mehercules aliud est in re: vitia nostra quia amamus, defendimus et malumus excusare illa quam excutere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 116.8 (O. Hense ed., p.563).

4. Et hoc aequale omnium est, ut vitia sua excusare malint quam effugere.

Seneca Rhetor, *Controuersiae*, 7.praef.4 (L. Hakanson ed., p.167).

5. Nihil inuenies tam manifestae utilitatis quod non in contrarium transeat culpa.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 5.18.15 (H.M. Hine ed., p.228).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 14: De iustitiae naturalis iudicio (fol.30rb-va):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 5. **Quod quisque fecit patitur: auctorem scelus repetit: suo premitur exemplo nocens.**¹ In thieste capitulo 3. **Sepe in magistrum scelera redierunt sua.**² In hercule hetho capitulo 8. **Nocens videri qui petit mortem cupit.**³ Idem epistolarum ad lucillum libro 16. epistola 2. **Ab alio expectes alteri quod feceris.**⁴

1. Quod quisque fecit, patitur; auctorem scelus / repetit suoque premitur exemplo nocens:
/ vidi cruentos carcere includi duces / et impotentis terga plebeia manu / scindi tyranni.

Seneca, *Hercules furens*, 735-739 (R. Peiper & G. Richter eds., p.27).

2. In patre facient quicquid in patruo doces: / saepe in magistrum scelera redierunt sua.

Seneca, *Thyestes*, 310-311 (R. Peiper & G. Richter eds., p.291).

3. HYLLVS: Nocens videri, qui mori quaerit, cupit.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 889 (R. Peiper & G. Richter eds., p.352).

4. Velut his brevissimis vocibus, sed multum habentibus ponderis: 'Nil nimis,' avarus animus nullo satiatur lucro, 'ab alio expectes, alteri quod feceris.'

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 94.43 (O. Hense ed., p.429).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 1: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31ra):

Seneca tragediarum in edipo capitulo 10. **Quid verba queris: veritas odit moras.**¹ Idem epistolarum ad lucillum libro 5. epistola 11. et finali. **Que veritati operam dat oratio incomposita debet esse et simplex.**² Libro 6. epistola 6. **Apta decent et simplicia veritatem.**³ 7. epistola et finali. **Veritas simplex oratio est.**⁴ Libro 13. epistola 4. **Veritas in omnem partem sui eadem est: qui decipiunt nihil habent solidi: tenue est mendacium: perlucet si diligenter inspexeris.**⁵ Idem declamationum libro i. in prohemio: **Semper circa veritatem est similitudo.**⁶

1. quid verba queris? veritas odit moras.

Seneca, *Oedipus*, 850 (R. Peiper & G. Richter ed., p.233).

2. Adice nunc, quod quae veritati operam dat oratio, inconposita esse debet et simplex: haec popularis nihil habet veri.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 40.4 (O. Hense ed., p.121).

3. Aperta decent et simplicia bonitatem.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 48.12 (O. Hense ed., p.146).

4. Nam ut ait ille tragicus veritatis simplex oratio est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 49.12 (O. Hense ed., p.150).

5. Paucis inponit leviter extrinsecus inducta facies: veritas in omnem partem sui eadem est. Quae decipiunt, nihil habent solidi. Tenue est mendacium: perlucet, si diligenter inspexeris.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 79.18 (O. Hense ed., p.303).

6. Haec rei natura est: semper citra veritatem est similitudo.

Seneca Rhetor, *Controversiae*, 1.praef.6 (L. Hakanson ed., p.2).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.31vb):

Seneca tragediarum in agamenone capitulo 4. **Precio parata vincitur precio fides.**¹ Idem de moribus: **Priusquam promittas deliberes: et cum promiseris facies.**² Idem in prouerbiis. **Etiam peccato recte prestatur fides.**³

1. AEGISTHVS: Precio parata vincitur pretio fides.

Seneca, *Agamemno*, 287 (R. Peiper & G. Richter eds., p.252).

2. Priusquam promittas deliberes, ut cum promiseris facias.

Publilius Syrus, *Sententiae*, prou. 39 (E. Woelfflin ed., p.96).

3. Etiam in peccato recte praestatur fides.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 148 (W. Meyer ed., p.28).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 4: De adulatione blandimento et assentione (32va-vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 6. epistola 3. **Adulatio que similis est amicitie non imitatur tantum illam: sed vincit et preterit: apertis ac propitiis auribus recipitur: ac in precordia ima descendit: eo ipso gratiosa quo ledit.**¹ Idem in prouerbiis. **Habet suum venenum blanda oratio.**²

1. Adulatio quam similis est amicitiae. Non imitatur tantum illam, sed vincit et praeterit: apertis ac propitiis auribus recipitur et in praecordia ima descendit, eo ipso gratiosa, quo laedit: doce quemadmodum hanc similitudinem possim dinoscere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 45.7 (O. Hense ed., p.134).

2. Habet suum uenenum blanda oratio.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 214 (W. Meyer ed., p.33).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 5: De simulatione et dissimulatione (fol.33rb):

Seneca declamatione seu ciuiliū causarum libro i. in prohemio: **Utilissima est dissimulata subtilitas que effectū apparet: habitu latet.**¹ Idem in prouerbiis. **Malus bonum vbi se simulat tunc est pessimus.**²

1. Et in illo cum omnes oratoriae virtutes essent, hoc fundamentum superstructis tot et tantis molibus obruebatur, nec deerat in illo sed non eminebat – et nescio an maximum vitium subtilitatis sit nimis se ostendere: magis nocent insidiae, quae latent; utilissima est dissimulata subtilitas, quae effectū apparet, habitu latet.

Seneca Rhetor, *Controversiae*, 1.praef.21 (L. Hakanson ed., p.4).

2. Malus bonum ubi se simulat tunc est pessimus.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 317 (W. Meyer ed., p.40).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 6: De apparentia existentia et hypocrisi (fol.33va):

Seneca in prouerbiis. **Frons nostra populo conueniat.**

Intus omnia dissimilia sint, frons populo nostra conueniat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 5.2 (O. Hense ed., p.10).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 7: De versutia dolo malo seu malitia fraude et deceptione (fol.34rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 13. epistola 6. **Malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit.**¹ Libro 14. epistola 3. et penultima. **Quod loquimur sentiamus: concordet sermo cum vita.**² Idem declamationum seu ciuilium causarum libro 6. capitulo 3. **Circumscriptio semper crimen in specie legis inuoluit.**³

1. Quod pessimum ex illa est et, ut ita dicam, spississimum, domi remanet et premit habentem, quemadmodum attalus noster dicere solebat: 'Malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit.'

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 81.22 (O. Hense ed., p.313).

2. Haec sit propositi nostri summa: quod sentimus loquamur, quod loquimur sentiamus: concordet sermo cum vita.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 75.4 (O. Hense ed., p.271).

3. Circumscriptio semper crimen sub specie legis involvit: quod apparet in illa, legitimum est; quod latet, insidiosum.

Seneca Rhetor, *Controuersiarum excerpta*, 6.3 (L. Hakanson ed., p.161).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 8: De simplicitate seu prauitate et multiplicitate animi (fol.34vb):

Seneca epistolarum libro 14. epistola 3. et penultima. **Quod loquemur sentiamus concordet sermo cum vita.**

Haec sit propositi nostri summa: quod sentimus loquamur, quod loquimur sentiamus:
concordet sermo cum vita.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 75.4 (O. Hense ed., p.271).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 10: De confidentia credulitate credulis atque incredulis (fol.35ra):

Seneca declamationum libro 5. capitulo i. **Nemo facile credit: quo credito sit dolendum.**¹ Idem in prouerbiis. **Utrumque vitium est: et omnibus credere et nulli.**²

1. Nemo quicquam facile credit, quo credito dolendum sit.

Seneca Rhetor, *Controuersiarum excerpta*, 5.2 (L. Hakanson ed., p.153).

2. Utrumque enim vitium est, et omnibus credere et nulli.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 3.4 (O. Hense ed., p.6).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 11: De suspitione et suspitiosis (fol.35rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. epistola 3. **Quidam fallere docuerunt dum timent falli.**¹
Idem de moribus. **Hoc habet omnis affectus: vt in quo insanit: in idem putet ceteros furere.**²

1. Nam quidam fallere docuerunt, dum timent falli, et illi ius peccandi suspicando fecerunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 3.3 (O. Hense ed., p.5).

2. Hoc habet omnis affectus, ut in quod ipse insanit, in id putet etiam caeteros furere.

Martinus Bracarenis, *Libellus de moribus*, 1 (PL 72, col.29A).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 12: De clandestinatione et patulitate (fol.36ra):

Seneca tragediarum in medea capitulo 3. **Magna non latent mala.**¹ Idem epistolarum ad lucillum libro 2. epistola 3. **Sic viue cum hominibus tanquam deus videat: sic loquere cum deo: tanquam homines audiant.**² Libro 6. epistola 2. **Bona conscientia turbam aduocat: mala in solitudine anxia atque sollicita est.**³ Libro 9. epistola 3. **Omnia vitia in aperto leniora sunt.**⁴ Libro 11. epistola i. **Sic viuendum est tanquam in conspectu viuamus.**⁵ Idem declamationum seu ciuiliu causarum in prohemio. **Magis nocent insidie que latent.**⁶ Idem de moribus: **Peiora sunt tecta odia quam aperta.**⁷

1. MEDEA: Levis est dolor qui capere consilium potest / et clepere sese: magna non latitant mala.

Seneca, *Medea*, 155-156 (R. Peiper & G. Richter eds., p.124).

2. Vide ergo, ne hoc praecipi salubriter possit: sic vive cum hominibus, tanquam deus videat; sic loquere cum deo, tanquam homines audiant.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 10.5 (O. Hense ed., p.28).

3. Bona conscientia turbam advocat, mala etiam in solitudine anxia atque sollicita est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 43.5 (O. Hense ed., p.130).

4. Omnia enim vitia in aperto leniora sunt: morbi quoque tunc ad sanitatem inclinant, cum ex abdito erumpunt ac vim suam proferunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 56.10 (O. Hense ed., p.173).

5. Sic certe vivendum est, tanquam in conspectu vivamus; sic cogitandum, tanquam aliquis in pectus intimum introspicere possit: et potest.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 83.1 (O. Hense ed., p.323).

6. Et in illo cum omnes oratoriae virtutes essent, hoc fundamentum superstructis tot et tantis molibus obruebatur, nec deerat in illo sed non eminebat – et nescio an maximum vitium subtilitatis sit nimis se ostendere: magis nocent insidiae, quae latent; utilissima est dissimulata subtilitas, quae effectum apparet, habitu latet.

Seneca Rhetor, *Controuersiae*, 1.praef.21 (L. Hakanson ed., p.4).

7. Peiora sunt tecta odia quam aperta.

Martinus Bracaraensis, *Libellus de moribus*, 3 (PL 72, col.30B).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 1: De amore et dilectione (fol.36va):

Seneca epistolarum ad Lucillum libro 2. epistola i. **Si vis amari: ama.**¹ Libro 4. capitulo 8. et finali. **Conciliari non nisi turpi ratione amor turpium potest.**² Libro 6. epistola 5. **Qui colitur et amatur. Non potest amor cum timore misceri.**³ Idem declamationum libro 8. capitulo 6. et finali. **Magnus est amor qui ex misericordia venit.**⁴

1. Hecaton ait: 'Ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficae carmine: si vis amari, ama.'

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 9.6 (O. Hense ed., p.21).

2. Conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 29.11 (O. Hense ed., p.96).

3. Qui colitur, et amatur: non potest amor cum timore misceri.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 47.18 (O. Hense ed., p.142).

4. Magnus est amor, qui ex misericordia venit.

Seneca Rhetor, *Controuersiarum excerpta*, 8.6 (L. Hakanson ed., p.233).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 2: De pietate (fol.36vb):

Seneca tragediarum in thieste capitulo 7. **Nulla vis maior pietate vera est.**

Nulla vis maior pietate vera est: / iurgia externis inimica durant, / quos amor verus tenuit,
tenebit.

Seneca, *Thyestes*, 549-551 (R. Peiper & G. Richter eds., p.299).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 3: De predilectione sui ipsius (fol.37rb):

Seneca de beneficiis libro 2. **Dabo egenti: sed vt ipse non egeam.**

Cum summa amicitiae sit amicum sibi aequare, utrique simul consulendum est: dabo egenti, sed ut ipse non egeam; succurram perituro, sed ut ipse non peream, nisi si futurus ero magni hominis aut magnae rei merces.

Seneca, *De beneficiis*, 2.15.1 (E. Hosijs ed., p.32).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 4: De parentibus et liberis (fol.38ra):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 11. et finali. **Perfer imperium patris.**

Succumbe, virtus, perfer imperium patris.

Seneca, *Hercules furens*, 735-739 (R. Peiper & G. Richter eds., p.27).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 7: De conuersatione conspectu societate et solitudine (fol.39ra-rb):

Seneca tragediarum in agamenone capitulo 4. **Nec regna socium ferre nec tede sciunt.**¹ Idem epistolarum ad lucillum libro i. epistola 3. **Nullius boni sine socio iucunda possessio est.**² 7. epistola et finali. **Inimica est multorum conuersatio.**³ **Tenere animus et parum tenax recti subducendus est populo: facile est enim transitus ad plures.**⁴ **Recede in teipso quantum potes. Cum his conuersare qui te meliorem facturi sunt: illos admitte quos tu potes facere meliores.**⁵ Libro 2. epistola 3. **Magna pars peccatorum tollitur si peccatori testis assistat.**⁶ Libro 4. epistola 4. **Sic fac omnia tanquam expectet aliquis. Sic uiue tanquam sub alicuius boni viri ac semper presentis oculis. Omnia nobis mala solitudo persuadet.**⁷ Libro 5. epistola 6. **Conspectus et presentia conuersatio habet aliquid uiue voluptatis: vtique si non tantum quem velis: sed qualem velis videam.**⁸ Libro 19. epistola 3. **Nulla res magis animis honesta induit dubiosque et in prauum inclinabiles reuocat ad rectum quam bonorum conuersatio: paulatim enim descendit in pectora et vim preceptorum obtinet frequenter aspici frequenter audiri.**⁹ **Id tibi in conuersatione uiuorum sapientum eueniet: non deprehendes quemadmodum: aut quando tibi prosint profuisse deprehendens.**¹⁰ Seneca de ira libro 3. **Sumuntur a conuersantibus mores.**¹¹ Idem de tranquillitate animi: **Serpunt vitia et in proximum quemque transiliunt et contactu nocent.**¹²

1. Nec regna socium ferre nec taedae sciunt.

Seneca, *Agamemno*, 259 (R. Peiper & G. Richter eds., p.251).

2. Nullius boni sine socio iucunda possessio est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 6.4 (O. Hense ed., p.13).

3. Inimica est multorum conuersatio: nemo non aliquod nobis vitium aut commendat aut inprimit aut nescientibus adlinit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 7.2 (O. Hense ed., p.14).

4. Subducendus populo est tener animus et parum tenax recti: facile transitur ad plures.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 7.6 (O. Hense ed., p.15).

5. Recede in te ipsum, quantum potes. Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte, quos tu potes facere meliores.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 7.8 (O. Hense ed., p.16).

6. Custodem nobis et paedagogum dedit, nec inmerito: magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis adsistit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 11.9 (O. Hense ed., p.30).

7. 'Sic fac' inquit 'omnia, tamquam spectet epicurus.' Prodest sine dubio custodem sibi inposuisse et habere, quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis iudices. Hoc quidem longe magnificentius est, sic vivere tamquam sub alicuius boni viri ac semper praesentis oculis, sed ego etiam hoc contentus sum, ut sic facias, quaecumque facies, tamquam spectet aliquis: omnia nobis mala solitudo persuadet.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 25.5 (O. Hense ed., p.85).

8. Venit ad nos ex iis, quos amamus, etiam absentibus gaudium, sed id leve et evanidum: conspectus et praesentia et conversatio habet aliquid vivae voluptatis, utique si non tantum quem velis, sed qualem velis, videas.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 35.3 (O. Hense ed., p.111).

9. Nulla res magis animis honesta induit dubiosque et in pravum inclinabiles revocat ad rectum quam bonorum virorum conversatio. Paulatim enim descendit in pectora et vim praeceptorum obtinet frequenter aspici, frequenter audiri.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.40 (O. Hense ed., p.428).

10. Idem tibi in conversatione virorum sapientium eveniet. Non deprehendes, quemadmodum aut quando tibi prosit, profuisse deprendes.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.41 (O. Hense ed., p.429).

11. Cum placidissimo et facillimo et minime anxio moroso que vivendum est; sumuntur a conversantibus mores et ut quaedam in contactos corporis vitia transiliunt, ita animus mala sua proxumis tradit: ebriosus convictores in amorem meri traxit, inpudicorum coetus fortem quoque et si liceat, virum emolliit, avaritia in proximos virus suum transtulit.

Seneca, *De ira*, 3.8.1 (E. Hermes ed., p.116).

12. Quos scilicet vacuos, quantum fieri poterit, a cupiditatibus eligemus; serpunt enim vitia et in proximum quemque transiliunt et contactu nocent.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 7.3 (E. Hermes ed., p.257).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 8: De amicitia vera et amicis veris (fol.40rb):

Seneca epistolarum ad Lucillum libro 2. epistola i. **Negotiatio est non amicitia que ad commodum accedit.**¹ **Quomodo huiusmodi homines natura conciliat: sic inest huic quoque rei stimulus qui nos amicitiarum appetentes faciat.**² **Qui amicus est amat: qui amat non utique amicus est: itaque amicitia semper prodest: amor aliquando etiam nocet.**³ Libro 7. epistola 5. **Amicus animo possidendus est.**⁴ Idem de tranquillitate animi. **Nihil eque oblectat animum quam amicitia fidelis et dulcis.**⁵

1. In quid amicum paro? ut habeam pro quo mori possim, ut habeam quem in exilium sequar, cuius me morti et opponam et inpendam: ista, quam tu describis, negotiatio est, non amicitia, quae ad commodum accedit, quae quid consecutura sit spectat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 9.10 (O. Hense ed., p.22).

2. Quomodo solitudinis odium est et adpetitio societatis, quomodo hominem homini natura conciliat, sic inest huic quoque rei stimulus, qui nos amicitiarum adpetentes faciat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 9.17 (O. Hense ed., p.24).

3. Immo dissimilia: qui amicus est, amat; qui amat, non utique amicus est. Itaque amicitia semper prodest, amor aliquando etiam nocet.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 35.1 (O. Hense ed., p.111).

4. Amicus animo possidendus est; hic autem numquam abest.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 55.11 (O. Hense ed., p.169).

5. Nihil tamen aequè oblectaverit animum, quam amicitia fidelis et dulcis.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 7.3 (E. Hermes ed., p.257).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 9: De amicis leuibus verbalibus fictis et non veris (fol.41ra):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 3. epistola 5. **Errat qui amicum in atrio querit: in conuiuio probat.**

Errat autem, qui amicum in atrio quaerit, in convivio probat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 19.11 (O. Hense ed., p.61).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 10: De experientia amicorum et cognitione (fol.41rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. epistola 3. **Omnia cum amico delibera: sed de ipso prius.**

Tu vero omnia cum amico delibera, sed de ipso prius.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 3.2 (O. Hense ed., p.5).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 11: De acquirendis amicis (fol.41va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. epistola 3. **Omnia cum amico delibera: sed de ipso prius.**¹ Idem de remediis fortuitorum capitulo 20. **Ibi amicum queras vbi inuenias: quere inter liberales artes: inter recta et honesta officia: quere in laboribus ad mensam: ista res non queritur: quere aliquem frugi.**²

1. Tu vero omnia cum amico delibera, sed de ipso prius.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 3.2 (O. Hense ed., p.5).

2. "Amicum perdidit." Alium quaere, et ibi eum quaeras, ubi inuenias: quaere inter liberales artes, inter honesta et recta officia. quaere in laboribus. ad mensam res ista non quaeritur. quaere aliquem frugi.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 15.2 (F. Haase ed., p.456).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 12: De conseruandis et retinendis amicis (fol.41va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 7. capitulo 5. **Amicus animo possidendus est.**

Amicus animo possidendus est; hic autem numquam abest.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 55.11 (O. Hense ed., p.169).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 14: De amicorum constantia et inconstantia (fol.42va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 2. epistola i. **Qui vtilitatis causa assumptus est: tamdiu placebit quamdiu vtilis fuerit.**¹ Libro 6. epistola 7. et finali. **Est quidem suppinus ac negligens qui in amici memoriam ab aliqua regione amouetur.**²

1. Hae sunt amicitiae, quas temporarias populus appellat: qui utilitatis causa adsumptus est, tamdiu placebit, quamdiu utilis fuerit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 9.9 (O. Hense ed., p.22).

2. Est quidem, mi lucili, suppinus et neglegens, qui in amici memoriam ab aliqua regione admonitus reducitur, tamen repositum in animo nostro desiderium loca interdum familiaria evocant nec extinctam memoriam reddunt, sed quiescentem inritant, sicut dolorem lugentium, etiam si mitigatus est tempore, aut servulus familiaris amisso aut vestis aut domus renovat: ecce campania et maxime neapolis ac pompeiorum tuorum conspectus incredibile est quam recens desiderium tui fecerint: totus mihi in oculis es.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 49.1 (O. Hense ed., p.146).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 2: De inuida zelo et nemessatione (fol.43va):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 3. **Inuidia fastum ac sermo popularis premet. Arx premi regni est posse ab inuidia pati.**¹ Idem epistolarum ad lucillum libro 14. epistola i. **Nemo eorum qui in re publica versantur quos vincant sed a quibus vincantur aspicit: et illis non tam iocundum est multos post se videre quam graue est aliquem ante se habere.**² Idem de consolatione ad paulinum. **Edax et inimica est semper alienis profectibus inuidia.**³ Idem de tranquillitate animi: **Alit liuorem infelix inertia: et omnes destrui cupiunt qui se prouehere non possunt.**⁴ Idem de breuitate vite: **In vicino versatur inuidia. Simplicius longe posita miramur.**⁵ Idem in prouerbiis. **Inuidia est dolor animi ex alienis commodis.**⁶

1. Inuidia factum ac sermo popularis premet? / ars prima regni est posse – inuidiam pati.

Seneca, *Hercules furens*, 352-353 (R. Peiper & G. Richter eds., p.15).

2. Adice nunc, quod nemo eorum, qui in re publica versantur, quot vincat, sed a quibus vincatur, aspicit. Et illis non tam iocundum est multos post se videre quam graue aliquem ante se.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 73.3 (O. Hense ed., p.257).

3. Cum cogitaueris multa esse, quae perdidit, cogita plura esse, quae non timet: non ira eum torquebit, non morbus affliget, non suspicio lacesset, non edax et inimica semper alienis processibus inuidia consecrabitur, non metus sollicitabit, non leuitas fortunae cito munera sua transferentis inquietabit.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 9.4 (E. Hermes ed., p.322).

4. Hinc illud est taedium et displicentia sui et nusquam residentis animi volutatio et otii sui tristis atque aegra patientia, utique ubi causas fateri pudet et tormenta introsus egit verecundia, in angusto inclusae cupiditates sine exitu se ipsae strangulant; inde maeror marcorque et mille fluctus mentis incertae, quam spes inchoatae suspensam habent, deploratae tristem; inde ille adfectus otium suum detestantium querentiumque nihil ipsos habere, quod agant et alienis incrementis inimicissima inuidia: alit enim liuorem infelix inertia et omnes destrui cupiunt, quia se non potuere prouehere; ex hac deinde auersatione alienorum processuum et suorum desperatione obirascens fortunae animus et de saeculo querens et in angulos se retrahens et poenae incubans suae, dum illum taedet sui pigetque natura enim humanus animus agilis est et pronus ad motus.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 2.10 (E. Hermes ed., p.248).

5. Honores, monumenta, quidquid aut decretis ambitio iussit aut operibus extruxit, cito subruitur, nihil non longa demolitur vetustas et movet; at iis, quae consecravit sapientia, nocere non potest; nulla abolebit aetas, nulla deminuet; sequens ac deinde semper ulterior aliquid ad venerationem conferet, quoniam quidem in vicino versatur invidia, simplicius longe posita miramur.

Seneca, *De breuitate uitae*, 15.4 (E. Hermes ed., p.302).

6. *Scis, quid est invidia? dolor animi est ex alienis commodis.*

Publilius Syrus, *Sententiae*, prou. 112 (E. Woelfflin ed., p.107).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 4: De inimicitia et inimicis (fol.44ra-rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 3. epistola 5. **Leue es alienum facit graue inimicum.**¹
Idem de remediis fortuitorum capitulo 19. **Quomodo aduersus serpentes sic aduersus inimicos
auxilia circumspice: quibus illos aut arceas: aut quod optimum est places.**² Idem in
prouerbiis. **Cum inimico nemo in gratiam cito redit.**³ **De inimico non loquaris malum: sed
cogites.**⁴ **Grauior est inimicus qui latet.**⁵ **Inimicum quamuis humilem docti est metuere.**⁶
Loquax inimicus minus quam taciturnus offendit.⁷ **Miserrima est fortuna que inimico caret.**⁸

1. Nullum habet maius malum occupatus homo et bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est, quod beneficia sua efficacia iudicat ad conciliandos amicos, cum quidam, quo plus debent, magis oderint: leue aes alienum debitorem facit, grave inimicum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 19.11 (O. Hense ed., p.61).

2. Quomodo aduersus feras munimenta conquireres, quomodo aduersus serpentes, sic aduersus inimicos auxilia circumspice, quibus illos aut arceas aut compescas aut, quod optimum est, places.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 15.1 (F. Haase ed., p.455).

3. Cum inimico nemo in gratiam tuto redit.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 91 (W. Meyer ed., p.24).

4. De inimico non loquaris male sed cogites.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 127 (W. Meyer ed., p.26).

5. Grauis est inimicus is, qui latet in pectore.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 200 (W. Meyer ed., p.32).

6. Inimicum quamuis humilem docti est metuere.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 255 (W. Meyer ed., p.36).

7. Itaque te minus loquax inimicus offendit quam tacitus.

Martinus Bracarenensis, *Libellus de moribus*, 3 (PL 72, col.30B).

8. Miserrima est fortuna, quae inimico caret.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 315 (W. Meyer ed., p.40).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 7: De contentionibus (fol.44vb-45ra):

Seneca de ira libro 2. **Cum pari contendere anceps est: cum superiore furiosum: cum inferiore sordidum.**

Cum pare contendere anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum.

Seneca, *De ira*, 2.34.1 (E. Hermes ed., p.103).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 9: De litibus et iurgiis (fol.45rb):

Seneca de ira libro 2. **Cum pari contendere anceps est: cum superiore furiosum: cum inferiori sordidum.**

Cum pare contendere anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum.

Seneca, *De ira*, 2.34.1 (E. Hermes ed., p.103).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 13: De pace et concordia (fol.46rb):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 3. **Pacem reduci velle victori expedit: victo necesse est.**¹ Idem epistolarum ad lucillum libro 8. epistola i. **Non est dubium quin felicior pax sit nunquam lacessita: quam multo reparata sanguine.**² Idem de ira libro 2. **Quid est gloriosius quam iram in amicitiam commutare.**³ Idem in prouerbiis: **Pacem cum omnibus habeas: bellum cum vitiis.**⁴ **Semper dissensio ab alio incipiat a te reconciliatio.**⁵

1. Pacem reduci velle victori expedit, / victo necesse est.

Seneca, *Hercules furens*, 368-369 (R. Peiper & G. Richter eds., p.16).

2. 'Non est' inquit 'dubium, quin felicior pax sit nunquam lacessita quam multo reparata sanguine.'

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 66.40 (O. Hense ed., p.221).

3. Quid est gloriosius quam iram amicitia mutare?

Seneca, *De ira*, 2.34.4 (E. Hermes ed., p.104).

4. Pacem cum hominibus habebis: bellum cum vitiis.

Publilius Syrus, *Sententiae*, prou. 45 (E. Woelfflin ed., p.96).

5. Semper dissensio ab alio incipiat, a te reconciliatio.

Publilius Syrus, *Sententiae*, prou. 101 (E. Woelfflin ed., p.107).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 1: De petitionibus et rogationibus beneficiorum: et exauditionibus vel de negationibus (fol.47ra):

Seneca tragediarum in hypolito capitulo 6. **Qui timide rogat: docet negare.**¹ Idem de beneficiis libro 3. **Si contingit interuenire plura rogantis verba interdicenda sunt: ne rogati videamur: sed certiores facti statim promittamus: facturosque nos antequam interpellemur ipsa festinatione approbemus.**² Idem declamationum libro 2. capitulo 7. **Nemo fortiter negantem iterum rogauit.**³ Idem in prouerbiis. **Minus decipitur cum negatur celeriter.**⁴ **Negandi causa: auaro nunquam deficit.**⁵

1. Intrepida constant verba: qui timide rogat / docet negare.

Seneca, *Phaedra*, 593 (R. Peiper & G. Richter, p.177).

2. Si non contigit praeuenire, plura rogantis verba interdicimus; ne rogati videamur sed certiores facti, statim promittamus facturosque nos, etiam antequam interpellemur, ipsa festinatione adprobemus.

Seneca, *De beneficiis*, 2.2.2 (E. Hosius ed., p.22).

3. Nemo fortiter negantem iterum rogabit.

Seneca Rhetor, *Controversiarum excerpta*, 2.7 (L. Hakanson ed., p.129).

4. Minus decipitur, cui negatur celeriter.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 333 (W. Meyer ed., p.41).

5. Negandi causa auarum nunquam deficit.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 386 (W. Meyer ed., p.44).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 2: De beneficiis (fol.47va-vb):

Seneca de beneficiis libro i. **Beneficia sine ullo delectu magis proicimus quam damus.**¹
Beneficium est beniuola actio: tribuens gaudium: capiensque tribuendo: et in idem quod facit prona et sponte sua parata.² Libro 2. **Ingratum est beneficium quod diu inter dantis manus hesit.**³ **Maiores est muneris gratia: quo minus diu pependit. Omnis benignitas properat: et proprium est libenter facientis cito facere.**⁴ **Non sunt exasperanda beneficia: nec quicumque triste illis miscendum est: etiam si quod velis admonere aliud tempus eligito.**⁵
Qui dedit beneficium taceat: narret qui accepit.⁶ Libro 3. **Turpissima vox est in beneficio redde.**⁷ Libro 4. **Satius est prodesse etiam malis propter bonos quam bonis deesse propter malos.**⁸ Idem epistolarum ad Lucillum libro 6. epistola 6. **Non potest quisquam beate degere qui se tantum intuetur que omnia ad utilitates suas conuertit. alteri viuas oportet si vis tibi viuere.**⁹ Libro 13. epistola 13. **Nemo habet tam certam in beneficiis manum ut non sepe fallatur.**¹⁰ **Animo et beneficia et iniurie constant.**¹¹ **Errat si quis beneficium libenter accipit quam reddat.**¹² Idem de beata vita: **Ubi cumque homo est: ibi beneficio locus est.**¹³ Idem de moribus. **Prius quam promittas deliberes: et cum promiseris facies.**¹⁴ Idem in prouerbiis. **Ab alio expectes alteri quam feceris.**¹⁵ **Bis est gratum quod opus est si vltro offeras.**¹⁶
Beneficium qui dare nescit iniuste petit.¹⁷ **Beneficia plura accipit qui scit reddere.**¹⁸
Beneficium dando: accipit qui digno dedit.¹⁹ **Beneficium sepe dare docere est reddere.**²⁰
Benignus etiam causam dandi cogitat.²¹ **Potest in aduersis auxilia qui in secundis comodat.**²²

1. Sed nomina facturi diligenter in patrimonium et vitam debitoris inquirimus, semina in solum effatum et sterile non spargimus: beneficia sine ullo dilectu magis proicimus quam damus.

Seneca, *De beneficiis*, 1.1.2 (E. Hosius ed., p.1).

2. Quid est ergo beneficium? Beneuola actio tribuens gaudium capiensque tribuendo in id, quod facit, prona et sponte sua parata.

Seneca, *De beneficiis*, 1.6.1 (E. Hosius ed., p.10).

3. Ante omnia libenter, cito, sine ulla dubitatione; ingratum est beneficium, quod diu inter dantis manus haesit, quod quis aegre dimittere visus est et sic dare, tamquam sibi eriperet.

Seneca, *De beneficiis*, 2.1.2 (E. Hosius ed., p.21).

4. Quemadmodum acerbissima crudelitas est, quae trahit poenam, et misericordiae genus est cito occidere, quia tormentum ultimum finem sui se cum adfert, quod antecedit tempus, maxima venturi supplicii pars est, ita maior est muneris gratia, quo minus diu pependit. Est enim etiam bonarum rerum sollicita expectatio, et cum plurima beneficia remedium alicuius rei adferant, qui aut diutius torqueri patitur, quem protinus potest liberare, aut tardius gaudere, beneficio suo manus adfert. Omnis benignitas properat, et proprium est libenter facientis cito facere; qui tarde et diem de die extrahens profuit, non ex animo fecit.

Seneca, *De beneficiis*, 2.5.3 (E. Hosius ed., p.24).

5. Itaque non sunt exasperanda beneficia nec quicquam illis triste miscendum. Etiam si quid erit, de quo velis admonere, aliud tempus eligito.

Seneca, *De beneficiis*, 2.6.2 (E. Hosius ed., p.25).

6. Ne aliis quidem narrare debemus; qui dedit beneficium, taceat, narret, qui accepit.

Seneca, *De beneficiis*, 2.11.2 (E. Hosius ed., p.28).

7. Aequissima vox est et ius gentium prae se ferens: ‘Redde, quod debes.’ Haec turpissima est in beneficio: ‘Redde’.

Seneca, *De beneficiis*, 3.14.3 (E. Hosius ed., p.60).

8. Satius est autem prodesse etiam malis propter bonos quam bonis deesse propter malos.

Seneca, *De beneficiis*, 4.28.1 (E. Hosius ed., p.104).

9. Nec potest quisquam beate degere, qui se tantum intuetur, qui omnia ad utilitates suas convertit: alteri vivas oportet, si vis tibi vivere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 48.2 (O. Hense ed., p.143).

10. Nemo habet tam certam in beneficiis manum, ut non saepe fallatur: aberrant, ut aliquando haereant.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 81.2 (O. Hense ed., p.307).

11. Iam illa manifestiora sunt, quam ut admoneri debeas quaerendum esse, quam libenter profuerit, quam invitus nocuerit, quoniam animo et beneficia et iniuriae constant.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 81.2 (O. Hense ed., p.307).

12. Itaque, quamvis rettulisse illum gratiam dicamus, qui beneficium libenter accipit, iubemus tamen et simile aliquid ei, quod accepit, reddere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 81.2 (O. Hense ed., p.307).

13. Ubi cumq; homo est, ibi benefici locus est.

Seneca, *De uita beata*, 24.3 (E. Hermes ed., p.223).

14. Prius quam promittas deliberes; et cum promiseris, facias.

Martinus Bracarenensis, *Libellus de moribus*, 2 (PL 72, col.29C).

15. Ab alio expectes, alteri quod feceris.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 2 (W. Meyer ed., p.17).

16. Bis fiet gratum, quod opus est, si ultro offeras.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 44 (W. Meyer ed., p.20).

17. Beneficium dare qui nescit, iniuste petit.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 46 (W. Meyer ed., p.21).

18. Beneficia plura recipit, qui scit reddere.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 51 (W. Meyer ed., p.21).

19. Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 55 (W. Meyer ed., p.21).

20. Beneficium saepe dare docere est reddere.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 60 (W. Meyer ed., p.21).

21. Benignus etiam causam dandi cogitat.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 65 (W. Meyer ed., p.22).

22. Habet in aduersis auxilia, qui in secundis commodat.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 208 (W. Meyer ed., p.33).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 3: De liberalitate et munificentia (fol.48va):

Seneca de beneficiis libro i. **Dignus est decipi: qui de recipiendo cogitavit dum daret.**¹ Libro 2. **Dabo egenti: sed ut ipse non egeam: succuram perituro: sed ut ipse non peream. Respiciende sunt cuique facultates sue viresque: ne aut plus prestemus quam possumus aut minus.**² Libro 4. **Reiciendi muneris signum est protinus inuicem aliud mittere et munere munus expugnare.**³ Idem de clementia: **Non est magni animi: qui de alienis liberalis est sed ille qui quod alteri donat sibi detrahit.**⁴

1. Dignus est decipi, qui de recipiendo cogitavit, cum daret.

Seneca, *De beneficiis*, 1.1.9 (E. Hosius ed., p.3).

2. Cum summa amicitiae sit amicum sibi aequare, utrique simul consulendum est: dabo egenti, sed ut ipse non egeam; succurram perituro, sed ut ipse non peream, nisi si futurus ero magni hominis aut magnae rei merces. Nullum beneficium dabo, quod turpiter peterem. Nec exiguum dilatabo nec magna pro parvis accipi patiar; nam ut qui, quod dedit, inputat, gratiam destruit, ita qui, quantum det, ostendit, munus suum commendat, non exprobat. Respiciendae sunt cuique facultates suae viresque ne aut plus praestemus, quam possumus, aut minus; aestimanda est eius persona, cui damus: quaedam enim minora sunt, quam ut exire a magnis viris debeant, quaedam accipiente maiora sunt.

Seneca, *De beneficiis*, 2.15.1-3 (E. Hosius ed., p.32).

3. Quidam, cum aliquod illis missum est munusculum, subinde aliud intempestive remittunt et nihil se debere testantur; reiciendi genus est protinus aliud inuicem mittere et munus munere expungere.

Seneca, *De beneficiis*, 4.40.4 (E. Hosius ed., p.115).

4. Nam quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille, qui, quod alteri donat, sibi detrahit, ita clementem vocabo non in alieno dolore facilem, sed eum, qui, cum suis stimulis exagitetur, non prosilit, qui intellegit magni animi esse iniurias in summa potentia pati nec quicquam esse gloriosius principe inpune laeso.

Seneca, *De clementia*, 1.20.3 (E. Hosius ed., p.237).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 6: De vtilitate oblationis munerum et beneficiorum (fol.49va):

Seneca tragediarum in octauia capitulo 4. **Unice obsequendo potius immittere virum.**¹ In hercule etheo capitulo 5. **Merita vincunt et malos.**² Idem de beneficiis libro i. **Nullum tam mansuetum animal est quod non cura mitiget: et in amorem sui vertat.**³ Idem epistolarum ad lucillum libro 12. epistola 6. **Nemo non cum alteri prodest sibi proficit.**⁴ Libro 16. epistola 2. **Ab alio expectes alteri quod feceris.**⁵ Idem in prouerbiis. **Habet in aduersis auxilia: qui in secundis commodat.**⁶

1. NVTRIX: Vince obsequendo potius immitem virum.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 177 (R. Peiper & G. Richter eds., p.403).

2. DEIANIRA: O quod superbae non habent umquam domus, / fidele semper regibus nomen licha, / cape hos amictus, nostra quos nevit manus, / dum vagus in orbe fertur et victus mero / tenet feroci lydiam gremio nurum, / dum poscit iolen; sed iecur fors horridum / flectam merendo: merita vicerunt malos.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 569-75 (R. Peiper & G. Richter eds., p.341).

3. Officia etiam ferae sentiunt, nec ullum tam inmansuetum animal est, quod non cura mitiget et in amorem sui vertat.

Seneca, *De beneficiis*, 1.2.5 (E. Hosius ed., p.5).

4. Nemo non, cum alteri prodest, sibi profuit, non eo nomine dico, quod volet adiuuare adiutus, protegere defensus, quod bonum exemplum circuitu ad facientem revertitur, sicut mala exempla recidunt in auctores nec ulla miseratio contingit iis, qui patiuntur iniurias, quas posse fieri faciendo docuerunt, sed quod virtutum omnium pretium in ipsis est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 81.19 (O. Hense ed., p.311).

5. Velut his brevissimis vocibus, sed multum habentibus ponderis: 'Nil nimis,' avarus animus nullo satiatur lucro, 'ab alio expectes, alteri quod feceris.'

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.43 (O. Hense ed., p.429).

6. Habet in aduersis auxilia, qui in secundis commodat.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 208 (W. Meyer ed., p.33).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 8: De credito et debito (fol.50va):

Seneca epistolarum ad Lucillum libro 3. epistola 5. **Leue es alienum debitorem facit: graue inimicum.**¹ Idem in prouerbiis. **Es alienum homini ingenuo: acerba seruitus est.**²

1. Nullum habet maius malum occupatus homo et bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est, quod beneficia sua efficacia iudicat ad conciliandos amicos, cum quidam, quo plus debent, magis oderint: leue aes alienum debitorem facit, grave inimicum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 19.11 (O. Hense ed., p.61).

2. Alienum aes homini ingenuo acerba est seruitus.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 11 (W. Meyer ed., p.17).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 9: De gratia et gratitudine et ingratitude (fol.50vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 13. epistola 6. **Ingratus est qui beneficium reddit sine usura.**¹ Ingratus est qui se beneficium recepisse negat quod accepit. Ingratus est qui dissimulat. **Ingratus qui non reddit. Ingratissimus omnium qui oblitus est.**² Idem de moribus. **Memoria beneficiorum fragilis est: iniuriarum tenax.**³

1. Ingratus est, qui beneficium reddit sine usura.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 81.18 (O. Hense ed., p.311).

2. Multa sunt genera ingratorum, ut furum, ut homicidarum, quorum una culpa est, ceterum in partibus varietas magna; ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit, ingratus est, qui dissimulat, ingratus, qui non reddit, ingratisimus omnium, qui oblitus est.

Seneca, *De beneficiis*, 3.1.3 (E. Hosius ed., p.51).

3. Multi sunt obligandi, pauci offendendi; nam memoria beneficiorum facilis est, injuriarum tenax.

Martinus Bracaraensis, *Libellus de moribus*, 6 (PL 72, col.32A).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 1: De pollicia seu ciuilitate (fol.53ra):

Seneca in epistolis ad lucillum libro 14. epistola i. **Nemo eorum qui in re publica versantur quos vincat: sed a quibus vincatur aspicit: et illis non tam iocundum est multos post se videre quam graue est aliquem ante se habere.**

Adice nunc, quod nemo eorum, qui in re publica versantur, quot vincat, sed a quibus vincatur, aspicit. Et illis non tam iucundum est multos post se videre quam grave aliquem ante se.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 73.3 (O. Hense ed., p.257).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 2: De populo (fol.53va):

Seneca tragediarum in octauia capitulo 4. **Uis magna populi est.**¹ Capitulo 19 et finali. **O funestus multis populi Uirusque fauor: qui cum flatu Uela secundo ratis impleuit: Uexitque procul languidos. idem Deserit alto seuoque mari.**² Idem epistolarum ad lucillum libro 4. epistola 8. et finali. **Nunquam volui populo placere: nam que ego scio non probat populus: que probat populus ego nescio. Quis cui placet virtus placere potest populo? Malis artibus fauor popularis queritur.**³ **Malis tibi placere quam populo.**⁴ Libro 8. epistola 2. et penultima. **Hos mores habet populus: hos imperitissimus quisque in secreta irrumpere cupit.**⁵ Idem in prouerbiis. **Frons nostra populo conuenit. Meliorem vitam sequemur quam vulgus: non contrariam.**⁶

1. NVTRIX: Vis magna populi est.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 185 (R. Peiper & G. Richter eds., p.403).

2. O funestus multis populi / dirusque fauor, / qui cum flatu vela secundo / ratis implevit uexitque procul, / languidus idem / deserit alto saeвоque mari.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 877-882 (R. Peiper & G. Richter eds., p.426).

3. ‘Numquam volui populo placere. Nam quae ego scio, non probat populus: quae probat populus, ego nescio.’ ‘Quis hoc?’ inquis, tamquam nescias, cui imperem: epicurus. Sed idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt, peripatetici, academici, stoici, cynici. Quis enim placere populo potest, cui placet virtus? Malis artibus popularis fauor quaeritur.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 29.10-11 (O. Hense ed., p.96).

4. Scilicet ut malis tibi placere quam populo, ut aestimes iudicia, non numeres, ut sine metu deorum hominumque vivas, ut aut vincas mala aut finias.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 29.12 (O. Hense ed., p.97).

5. Hos mores habet populus, hos imperitissimus quisque: in secreta irrumpere cupit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 68.4 (O. Hense ed., p.231).

6. Intus omnia dissimilia sint, frons populo nostra conueniat. Non splendeat toga, ne sordeat quidem; non habeamus argentum, in quod solidi auri caelatura descenderit, sed non putemus frugalitatis indicium auro argentoque caruisse: id agamus, ut meliorem vitam sequamur quam vulgus, non ut contrariam: alioquin quos emendari volumus, fugamus a nobis et avertimus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 5, 2-3 (O. Hense ed., p.10).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 3: De principibus: ducibus et regibus (fol.54va):

Seneca tragediarum in thieste capitulo 3. **Ubi non est pudor Nec cura iuris: sanctitas: pietas fides: Instabile regnum est.**¹ In medea capitulo 3. **Rex timendus est.**² Capitulo 4. **Equum atque iniquum regis imperium feras.**³ In agamenone capitulo 3. **Perlucet omne regie vitium domus.**⁴ In octauia capitulo 10. **Ferrum tuetur principem: Melius fides. Decet timeri cesarem: At plus diligi.**⁵ **Male imperatur cum regit vulgus duces.**⁶ Capitulo 18. **Quis regere dementes valet?**⁷ Idem de clementia. **Natura commentata est regem. Quod ex aliis animalibus licet cognoscere vt ex apibus.**⁸ Idem de consolatione ad marciam. **Turpis est nauigii rector cui gubernacula fluctus eripuit: qui fluctuantia vela deseruit permisit tempestati ratem.**⁹ Idem in prouerbiis. **Male imperando summum imperium amittitur.**¹⁰

1. SATELLES: Ubi non est pudor / nec cura iuris sanctitas pietas fides, / instabile regnum est.

Seneca, *Thyestes*, 309-311 (R. Peiper & G. Richter eds., p.291).

2. NVTRIX: Rex est timendus.

Seneca, *Medea*, 168 (R. Peiper & G. Richter eds., p.124).

3. CREO: Aequum atque iniquum regis imperium feras.

Seneca, *Medea*, 195 (R. Peiper & G. Richter eds., p.125).

4. CLYTEMESTRA: Perlucet omne regiae vitium domus.

Seneca, *Agamemno*, 148 (R. Peiper & G. Richter eds., p.248).

5. NERO: Ferrum tuetur principem. SENECA: Melius fides. NERO: Decet timeri caesarem. SENECA: At plus diligi.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 456-457 (R. Peiper & G. Richter eds., p.412).

6. NERO: Male imperatur, cum regit vulgus duces.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 579 (R. Peiper & G. Richter eds., p.416).

7. PRAEFECTVS: Quis regere dementes valet?

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 866 (R. Peiper & G. Richter eds., p.426).

8. Natura enim conmenta est regem, quod et ex aliis animalibus licet cognoscere et ex apibus; quarum regi amplissimum cubile est medio que ac tutissimo loco; praeterea opere vacat exactor alienorum operum, et amisso rege totum dilabatur, nec umquam plus unum patiuntur melioremque pugna quaerunt; praeterea insignis regi forma est dissimilisque ceteris cum magnitudine tum nitore.

Seneca, *De clementia*, 1.19.2 (E. Hosius ed., p.235).

9. Turpis est navigii rector, cui gubernacula fluctus eripuit, qui fluvitantia vela deseruit, permisit tempestati ratem; at ille vel in naufragio laudandus quem obruit mare clavum tenentem et obnixum.

Seneca, *Consolatio ad Marciam*, 6.3 (E. Hermes ed., p.159).

10. Male imperando summum imperium amittitur.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 339 (W. Meyer ed., p.41).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 5: De tyrannide et tyranno (fol.55vb):

Seneca tragediarum in troade capitulo 4. **Uiolenta nemo imperia continuit diu.**¹ In medea capitulo 4. **Iniqua nunquam regna perpetuo manent.**² Idem de clementia. **Tyranni in voluntate seuiunt: regem non nisi ex causa ac necessitate.**³

1. Violenta nemo imperia continuit diu, / moderata durant; quoque fortuna altius / evexit ac levavit humanas opes, / hoc se magis suppressere felicem decet / variosque casus tremere metuentem deos / nimium faventes.

Seneca, *Troades*, 258-263 (R. Peiper & G. Richter eds., p.66).

2. MEDEA: Iniqua numquam regna perpetuo manent.

Seneca, *Medea*, 196 (R. Peiper & G. Richter eds., p.125).

3. Quid interest inter tyrannum ac regem (species enim ipsa fortunae ac licentia par est), nisi quod tyranni in voluptatem saeviunt, reges non nisi ex causa ac necessitate?

Seneca, *De clementia*, 1.11.4 (E. Hosius ed., p.227).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 6: De iure lege et pacto (fol.56rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 16. epistola 2. **Legem breuem oportet esse quo facilius ab imperitis teneatur: velut emissa diuinitus vox sit: iubeat non disputet.**

Legem enim breuem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur. Velut emissa diuinitus vox sit: iubeat, non disputet.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 94.38 (O. Hense ed., p.428).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 7: De licentia facultate et regularitate (fol.56va):

Seneca in epistolis ad Lucillum libro 2. epistola 3. **Nemo est ex imprudentibus qui relinqui sibi debeat.**

Nemo est ex imprudentibus, qui relinqui sibi debeat: tunc mala consilia agitant, tunc aut aliis aut ipsis futura pericula struunt, tunc cupiditates improbas ordinant; tunc quicquid aut metu aut pudore celabat, animus exponit, tunc audaciam acuit, libidinem irritat, iracundiam instigat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 10.2 (O. Hense ed., p.27).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 8: De iudicibus et iudiciis (fol.57ra):

Seneca tragediarum in medea capitulo 4. **Qui statuit aliquid parte inaudita altera: Equum licet statuerit haud equus fuit.**¹ Idem de tranquillitate animi: **Semper in iudicio fauor efficit.**² Idem de clementia: **Prope est vt libenter damnet qui cito: prope est vt inimicos puniat qui nimis.**³ Idem in prouerbiis. **Ad penitendum properat: qui cito iudicat.**⁴ **In iudicando criminosa est celeritas.**⁵

1. MEDEA: Qui statuit aliquid parte inaudita altera, / aequum licet statuerit, haud aequus fuit.

Seneca, *Medea*, 199-200 (R. Peiper & G. Richter eds., p.126).

2. Quin ne paulatim defluam vereor, aut quod est sollicitius, ne semper casuro similis pendeam et plus fortasse sit quam quod ipse pervideo; familiariter enim domestica aspiciamus et semper iudicio favor officit.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 1.15 (E. Hermes ed., p.245).

3. Tarde sibi pater membra sua abscidat, etiam, cum absciderit, reponere cupiat et in abscidendo gemat cunctatus multum diuque prope est enim, ut libenter damnet, qui cito: prope est, ut inique puniat, qui nimis.

Seneca, *De clementia*, 1.14.3 (E. Hosius ed., p.231).

4. Ad paenitendum properat, cito qui iudicat.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 32 (W. Meyer ed., p.19).

5. In iudicando criminosa est celeritas.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 254 (W. Meyer ed., p.36).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 9: De placiditate et ferocitate regis et iudicis (fol.57va):

Seneca de clementia: **Magni animi proprium est placidum esse et tranquillum quietumque.**

Quid enim est memorabilius quam eum, cuius irae nihil obstat, cuius graviore sententiae ipsi, qui pereunt, adsentiuntur, quem nemo interpellaturus est, immo, si vehementius excanduit, ne deprecaturus est quidem, ipsum sibi manum inicere et potestate sua in melius placidiusque uti hoc ipsum cogitantem: ‘Occidere contra legem nemo non potest, servare nemo praeter me magnam fortunam magnus animus decet, qui, nisi se ad illam extulit et altior stetit, illam quoque infra ad terram deducit; magni autem animi proprium est placidum esse tranquillumque et iniurias atque offensiones superne despiciere.

Seneca, *De clementia*, 1.5.4 (E. Hosius ed., p.217).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 12: De obedientia et contumacia (fol.58rb):

Seneca tragediarum in medea capitulo 4. **Equum atque iniquum regis imperium feras.**

CREO: Aequum atque iniquum regis imperium feras.

Seneca, *Medea*, 195 (R. Peiper & G. Richter eds., p.125).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 13: De facti probatione et testimonio (fol.58va):

Seneca in prouerbiis. **Fatetur facinus qui iudicium fugit.**

Fatetur facinus is, qui iudicium fugit.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 174 (W. Meyer ed., p.30).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 14: De naturalibus iudiciis facti (fol.58vb):

Seneca in prouerbiis. **Bona opinio hominum tutior est pecunia.**¹ **Bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet.**² **Damnum appellandum est cum mala fama lucrum.**³

1. Bona opinio hominum tutior pecunia est.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 62 (W. Meyer ed., p.21).

2. Bona fama in tenebris proprium splendorem tenet.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 69 (W. Meyer ed., p.22).

3. Damnum appellandum est cum mala fama lucrum.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 135 (W. Meyer ed., p.27).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 17: De iudiciali mundicia (fol.59va):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 11. et finali. **Sepe vindicta obfuit.**¹ Idem in prouerbiis. **Nunquam scelus scelere iudicandum est.**²

1. AMPHITRYON: Saepe vindicta obfuit.

Seneca, *Hercules furens*, 1187 (R. Peiper & G. Richter eds., p.43).

2. Nunquam scelus scelere vincendum est.

Martinus Bracaraensis, *Libellus de moribus*, 6 (PL 72, col.32B).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 18: De iudiciali misericordia: venia: et impunitate (fol.59vb):

Seneca de clementia: **Uenia est pene merite remissio.**¹ Idem de moribus: **Bonis nocet qui malis parcit.**²

1. Venia est poenae meritae remissio.

Seneca, *De clementia*, 2.7.1 (E. Hosius ed., p.250).

2. Bonis nocet, qui malis parcit.

Martinus Bracarensis, *Libellus de moribus*, 5 (PL 72, col.31B).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 19: De seueritate seu rigore et crudelitate seu seuitia (fol.60ra-rb):

Seneca de clementia: **Tam omnibus ignoscere crudelitas est quam nulli medium tenere debemus.**¹ **Uoluntas oportet ante seuiendi quam causa deficiat. Alioquin quemadmodum prescisse arbores plurimis ramis repullulant. Ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo: parentes enim liberique eorum qui interfecti sunt et propinqui et amici in locum singulorum succedunt.**² **Tyranni in voluntate seuiunt: reges non nisi ex causa ac necessitate.**³ **Clementie contrariam imperiti putant seueritatem: sed nulla virtus virtuti contraria est. Quid ergo opponitur clementie crudelitas: que nihil aliud quam atrocitas animi in penis exigendis.**⁴ Seneca in prouerbiis. **Respue crudelitatem et matrem crudelitatis iram.**⁵

1. Nec promiscuam habere ac volgarem clementiam oportet nec abscisam; nam tam omnibus ignoscere crudelitas quam nulli. Modum tenere debemus; sed quia difficile est temperamentum, quidquid aequo plus futurum est, in partem humaniorem praeponderet.

Seneca, *De clementia*, 1.2.2 (E. Hosius ed., p.214).

2. Voluntas oportet ante saeuiendi quam causa deficiat; alioqui, quemadmodum praecisae arbores plurimis ramis repullulant et multa satorum genera, ut densiora surgant, reciduntur, ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo; parentes enim liberique eorum, qui interfecti sunt, et propinqui et amici in locum singulorum succedunt.

Seneca, *De clementia*, 1.8.7 (E. Hosius ed., p.221).

3. Quid interest inter tyrannum ac regem (species enim ipsa fortunae ac licentia par est), nisi quod tyranni in voluptatem saeuiunt, reges non nisi ex causa ac necessitate?

Seneca, *De clementia*, 1.11.4 (E. Hosius ed., p.227).

4. Atqui hoc omnes intellegunt clementiam esse, quae se flectit citra id, quod merito constitui posset. Huic contrariam imperiti putant seueritatem; sed nulla virtus virtuti contraria est. Quid ergo opponitur clementiae? crudelitas, quae nihil aliud est quam atrocitas animi in exigendis poenis.

Seneca, *De clementia*, 2.4.1 (E. Hosius ed., p.246).

5. Respue crudelitatem et matrem crudelitatis iram.

Publilius Syrus, *Sententiae*, prov. 83 (E. Woelfflin ed., p.105).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.60vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. epistola 3. **Plus tibi et viva vox: et convictus quam oratio proderit. Homines amplius oculis quam auribus credunt.**¹ Libro 5. epistola 9. **Patet omnibus veritas: nondum in occupata multum ex illa etiam futuris relictum est.**² Libro 11. epistola 2. Alit lectio ingenium.³ Libro 14. epistola i. **Semina in corporibus humanis diuina dispersa sunt: que si bonus cultor excipit similia origini pariunt: et paria his ex quibus orta sunt surgunt. Si malus non aliter quam sterilis ac palustris humus necat: at deinde creat purgamenta pro frugibus.**⁴ Idem de tranquillitate animi: **Male respondent coacta ingenia.**⁵ **Nullum magnum ingenium sine mixtura dementie fuit.**⁶

1. Plus tamen tibi et viva vox et convictus quam oratio proderit. In rem praesentem venias oportet, primum, quia homines amplius oculis quam auribus credunt; deinde, quia longum iter est per praecepta, breve et efficax per exempla.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 6.5 (O. Hense ed., p.13).

2. Patet omnibus veritas, nondum est occupata. Multum ex illa etiam futuris relictum est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 33.11 (O. Hense ed., p.110).

3. Alit lectio ingenium et studio fatigatum, non sine studio tamen, reficit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 84.1 (O. Hense ed., p.331).

4. Semina in corporibus humanis divina dispersa sunt, quae si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt et paria iis, ex quibus orta sunt, surgunt: si malus, non aliter quam humus sterilis ac palustris necat ac deinde creat purgamenta pro frugibus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 73.16 (O. Hense ed., p.260).

5. Considerandum est, utrum natura tua agendis rebus an otioso studio contemplationique aptior sit, et eo inclinandum, quo te vis ingenii feret – isocrates ephorum iniecta manu a foro subduxit utiliore componendis monumentis historiarum ratus –; male enim respondent coacta ingenia, reluctantante natura inritus labor est.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 7.2 (E. Hermes ed., p.257).

6. Nam sive graeco poetae credimus ‘aliquando et insanire iucundum est,’ sive platoni frustra poeticas ‘fores compos sui pepulit,’ sive aristoteli ‘nullum magnum ingenium sine mixtura dementiae fuit non potest grande aliquid et super ceteros loqui nisi mota mens.’

Seneca, *De tranquillitate animi*, 17.10 (E. Hermes ed., p.277).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 3: De naturali perspicuitate veri (fol.61va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 13. capitulo 4. **Veritas in omnem partem sui eadem est: que decipiunt nihil habent solidi tenue est mendacium: perlucet si diligenter inspexeris.**

Paucis inponit leviter extrinsecus inducta facies: veritas in omnem partem sui eadem est. Quae decipiunt, nihil habent solidi. Tenue est mendacium: perlucet, si diligenter inspexeris.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 79.18 (O. Hense ed., p.303).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 4: De ratione morali consideratione (fol.61vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 5. epistola 8. **Si vis omnia tibi subiicere: subiice te rationi.**¹ Libro 8. epistola i. **Ratio nihil aliud est quam in corpus humanum pars diuini spiritus mersa. Nullum bonum sine ratione est.**² **Quicquid vera ratio commendat solidum et eternum est: firmat animum: attollitque futurum semper in excelso. Uirtus non aliud quam recta ratio est: omnes virtutes rationes sunt.**³ **Sequitur ratio naturam. Quid ergo est ratio? nature imitatio.**⁴ 18. titulo epistola 2. **Ratione valentius nihil est: casum doloremque et iniuriam subigit. Ama rationem: huius te amor contra durissima armabit.**⁵ 17. titulo epistola 4. et penultima. **Omnia ad rationem reuocanda sunt.**⁶ Idem de beneficiis libro 4. **Nihil sine ratione faciendum est.**⁷

1. Si vis omnia tibi subicere, te subice rationi; multos reges, si ratio te rexerit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 37.4 (O. Hense ed., p.116).

2. Ratio autem nihil aliud est quam in corpus humanum pars diuini spiritus mersa. Si ratio divina est, nullum autem bonum sine ratione est, bonum omne diuinum est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 66.12 (O. Hense ed., p.213).

3. Ita est, mi lucili: quicquid vera ratio commendat, solidum et aeternum est, firmat animum attollitque semper futurum in excelso: illa quae temere laudantur et vulgi sententia bona sunt, inflant inanibus laetos; rursus ea, quae timentur tamquam mala, iniciunt formidinem mentibus et illas non aliter quam animalia species periculi agitant. Utraque ergo res sine causa animum et diffundit et mordet: nec illa gaudio nec haec metu digna est. Sola ratio inmutabilis et iudicii tenax est. Non enim seruit, sed imperat sensibus. Ratio rationi par est, sicut rectum recto: ergo et virtus virtuti. Virtus non aliud quam recta ratio <est>. Omnes virtutes rationes sunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 66.31-32 (O. Hense ed., p.219).

4. Et ut quod volo exprimam breviter, materia boni aliquando contra naturam est, bonum numquam, quoniam bonum sine ratione nullum est, sequitur autem ratio naturam. Quid est ergo ratio? naturae imitatio.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 66.39 (O. Hense ed., p.221).

5. Placeat homini, quicquid deo placuit: ob hoc ipsum se suaque miretur, quod non potest vinci, quod mala ipsa sub se tenet, quod ratione, qua valentius nihil est, casum doloremque et iniuriam subigit. Ama rationem. Huius te amor contra durissima armabit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 74.20 (O. Hense ed., p.266).

6. Omnia itaque ad rationem revocanda sunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 99.18 (O. Hense ed., p.473).

7. Nihil enim sine ratione faciendum est; non est autem beneficium, nisi quod ratione datur, quoniam ratio omnis honesti comes est.

Seneca, *De beneficiis*, 4.10.2 (E. Hosius ed., p.89).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 5: De meditatione (fol.62ra):

Seneca de ira libro 2. **Nihil est difficile et arduum quod non humana mens vincat: et in familiaritatem perducatur assidua cogitatio.**

Atqui nihil est tam difficile et arduum quod non humana mens vincat et in familiaritatem perducatur assidua meditatio, nullique sunt tam feri et sui iuris adfectus, ut non disciplina perdomentur.

Seneca, *De ira*, 2.12.3 (E. Hermes ed., p.83).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 6: De imagine memoria reminiscencia et obliuione morali consideratione (fol.62rb-va):

Seneca tragediarum in troade capitulo 7. **Dediscit animus sero quod didicit diu.**¹ Idem de beneficiis libro septimo et finali: **Solet plus prodesse si pauca precepta sapientie teneas: sed illa in promptu et in vsu sunt tibi sint: quam si multa didiceris: sed illa non habeas ad manum.**² **Fragilis est memoria: et rerum turbe non sufficit.**³ Idem declamatione seu ciuiliu causarum libro i. in prohemio: **Sepe quod querenti non comparuerat aliud agenti presto est.**⁴ Idem in epistolis ad lucillum libro 5. capitulo 4. **Turpe est seni aut conspicienti senectutem ex commentario sapere.**⁵ **Aliud est meminisse: aliud scire meminisse est rem omissam memorie custodire: at contra scire est sua facere queque: nec ad exemplare pendere: et totiens respicere ad magistrum. Aliquid inter te intersit et librum.**⁶ Idem de moribus: **Memoria beneficiorum fragilis est: iniuriarum vero tenax.**⁷

1. Solitus ex longo est metus: / dediscit animus scire quod didicit diu.

Seneca, *Troades*, 632-633 (R. Peiper & G. Richter eds., p.72).

2. Egrege enim hoc dicere demetrius cynicus, vir meo iudicio magnus, etiam si maximis comparetur, solet plus prodesse, si pauca praecepta sapientiae teneas, sed illa in promptu tibi et in usu sint, quam si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum.

Seneca, *De beneficiis*, 7.1.3 (E. Hosius ed., p.180).

3. Ut excusum tibi inbecillitatem, imprimis vas fragile est memoria et rerum turbae non sufficit; necesse est, quantum recipit, emittat et antiquissima recentissimis obruat.

Seneca, *De beneficiis*, 7.28.2 (E. Hosius ed., p.205).

4. Controversiarum sententias fortasse pluribus locis ponam in una declamatione dictas; non enim, dum quaero aliquid, inuenio, sed saepe quod quaerenti non comparuit, aliud agenti praesto est; quaedam vero, quae obversantia mihi et ex aliqua parte se ostendentia non possum occupare, eadem securo et reposito animo subito emergunt.

Seneca Rhetor, *Controversiae*, 1.praef.5 (L. Hakanson ed., p.2).

5. Turpe est enim seni aut prospicienti senectutem ex commentario sapere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 33.7 (O. Hense ed., p.109).

6. Aliud autem est meminisse, aliud scire. Meminisse est rem commissam memoriae custodire. At contra scire est et sua facere quaeque nec ad exemplar pendere et totiens respicere ad magistrum. Hoc dixit zenon, hoc cleanthes. Aliquid inter te intersit et librum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 33.9 (O. Hense ed., p.109).

7. *Re uera memoria beneficiorum fragilis est, iniuriarum tenax.*

Publilius Syrus, *Sententiae*, prou. 84 (E. Woelfflin ed., p.105).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 8: De dubio (fol.62vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 17. capitulo 4. et penultima. **In volutatione rerum humanarum nihil cuiquam nisi mors certum est.**¹ Idem tragediarum in edipo capitulo 3. **Ubi leta duris mixta in ambiguo iacent: Incertus animus: scire cupiat timet.**² In agamenone capitulo 6. **Clades scire qui refugit suas: Grauat timorem: dubia plus torquet mala.**³ Idem de naturalibus questionibus libro 5. **Arduum est ex his que coniectura sequenda sunt aliquid certe promittere.**⁴

1. Iactantur cuncta et in contrarium transeunt iubente fortuna, et in tanta volutatione rerum humanarum nihil cuiquam nisi mors certum est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 99.9 (O. Hense ed., p.471).

2. OEDIPVS: Horrore quatiore, fata quo vergant timens, / trepidumque gemino pectus affectu labat: / ubi leta duris mixta in ambiguo iacent, / incertus animus scire cum cupiat timet.

Seneca, *Oedipus*, 206-209 (R. Peiper & G. Richter ed., p.210).

3. CLYTEMESTRA: Exprome: clades scire qui refugit suas / gravat timorem; dubia plus torquent mala.

Seneca, *Agamemno*, 419-420 (R. Peiper & G. Richter eds., p.257).

4. Omnes istas posse causas esse Epicurus ait, pluresque alias temptat, et illos qui aliquid unum ex istis esse adfirmaverunt corripit, cum sit arduus de his quae coniectura sequenda sunt aliquid certi promittere.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 6.20.5 (H.M. Hine ed., p.261).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 9: De iudicio et prognosticatione futurorum (fol.63ra):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 5. epistola 7. **Ariston aiebat velle se adolescentem tristem quam hilarem et amabilem turbe: vinum enim bonum fieri quod recens durum et asperum visum est.**

Ariston aiebat malle se adolescentem tristem quam hilarem et amabilem turbae. Vinum enim bonum fieri, quod recens durum et asperum visum est; non pati aetatem, quod in dolio placuit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 36.3 (O. Hense ed., p.113).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 10: De coniectura morum per aspectum et gestum (fol.63rb):

Seneca tragediarum in tieste capitulo 8. **Heret in vultu trucis: imago facti.**

Haeret in vultu trucis / imago facti.

Seneca, *Thyestes*, 635-636 (R. Peiper & G. Richter eds., p.302).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 11: De coniectura morum per verba (fol.63va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 10. epistola 8. **Iracundi homini iracundia oratio est.**

Haec ergo et eiusmodi vitia, quae alicui inpressit imitatio, non sunt indicia luxuriae nec animi corrupti: propria enim esse debent et ex ipso nata, ex quibus tu aestimes alicuius adfectus: iracundi hominis iracunda oratio est, commoti nimis incitata, delicati tenera et fluxa.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 36.3 (O. Hense ed., p.113).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 1: De prudentia et sapientia (fol.64vb):

Seneca in epistolis ad lucillum libro 3. epistola 3. **Representat opes sapientia.**¹ Libro 15. epistola i. **Sapientia perfectum bonum est mentis humane.**² Libro 19. epistola 11. et finali. **Sapientia est mens perfecta: et ad summum optimumque perducta.**³

1. Repraesentat opes sapientia, quas cuicumque fecit supervacuas, dedit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 17.10 (O. Hense ed., p.53).

2. Sapientia perfectum bonum est mentis humanae.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 89.4 (O. Hense ed., p.376).

3. Sapientia est mens perfecta vel ad summum optimumque perducta.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 117.12 (O. Hense ed., p.566).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 2: De stultitia et insipientia (s.n.):

Seneca de tranquillitate animi: **Aliquando insanire iocundum est. Nullum magnum ingenium sine mixtura dementie fuit.**¹ Idem in prouerbiis. **Fortunam quem nimis fouet stultum facit.**²

1. Nam sive graeco poetae credimus 'aliquando et insanire iocundum est,' sive platoni frustra poeticas 'fores compos sui pepulit,' sive aristoteli 'nullum magnum ingenium sine mixtura dementiae fuit non potest grande aliquid et super ceteros loqui nisi mota mens.'

Seneca, *De tranquillitate animi*, 17.10 (E. Hermes ed., p.277).

2. Fortuna nimium quem fouet stultum facit.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 173 (W. Meyer ed., p.30).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 3: De prouidentia et premeditatione atque deliberatione (s.n.):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 4. epistola 3. **Quicquid fieri potest quasi futurum cogitemus.**¹ Libro 10. epistola 3. **Premeditari mali leuis ictus venit: ac stultus et fortune credentibus omnis videtur noua rerum et inopis nata facies.**² Libro 15. epistola 8. **Nihil nobis improuisum esse debet in omnia permittendus annis cogitandum non quicquid solet: sed quicquid potest fieri.**³ **Cogitanda sunt omnia: et animus aduersus ea que possunt euenire firmandus.**⁴ Libro 17. epistola 3. **Quodcumque lesurum est multo antequam accidat speculari et aduertere.**⁵ Libro 19. epistola i. **Id agendum est ne quid nobis inopinatum sit. Et quia omnia nouitate grauiora sunt hoc cogitatio assidua prestabit vt nulli sit malo tyro.**⁶ Idem in prouerbiis. **Deliberare utilia mora est tutissima.**⁷ **Mora omnis odio est: sed sapientem facit.**⁸ **Male geritur quicquid geritur fide fortune.**⁹

1. Quicquid fieri potest, quasi futurum cogitemus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 24.15 (O. Hense ed., p.80).

2. Praecogitati mali mollis ictus venit. At stultis et fortunae credentibus omnis videtur noua rerum et inopinata facies.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 76.34 (O. Hense ed., p.284).

3. Ideo nihil nobis improuisum esse debet. In omnia praemittendus animus cogitandumque non quicquid solet, sed quicquid potest fieri.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 91.4 (O. Hense ed., p.398).

4. Cogitanda ergo sunt omnia et animus aduersus ea, quae possunt euenire, firmandus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 91.7 (O. Hense ed., p.399).

5. Quodcumque laesurum est, multo ante quam accidat speculari et averti.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 98.7 (O. Hense ed., p.466).

6. Id agendum est, ne quid nobis inopinatum sit. Et quia omnia nouitate grauiora sunt, hoc cogitatio assidua praestabit, ut nulli sis malo tyro.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 107.4 (O. Hense ed., p.511).

7. Deliberare utilia mora tutissima est.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 128 (W. Meyer ed., p.27).

8. Mora omnis odio est, sed facit sapientiam.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 311 (W. Meyer ed., p.40).

9. Male geritur quidquid geritur fortunae fide.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 320 (W. Meyer ed., p.40).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 4: De consilio (s.n.):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 2. epistola 5. **Consilium rerum omnium sapiens spectat nisi exitium.**¹ Libro 17. epistola 3. **Quicquid consilio prospicere potes prospice.**²

1. Denique consilium rerum omnium sapiens, non exitum spectat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 14.16 (O. Hense ed., p.43).

2. Quidquid consilio prospici potest, prospice.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 98.7 (O. Hense ed., p.466).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 7: De principii qualitate: et principio considerandis (s.n.):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 11. epistola 3. et finali. **Facilius est initia affectuum prohibere quam impetum regere.**¹ **Facilius est excludere quam admissa comprimere.**² Libro 18. epistola i. **Facilius crescit dignitas quam incipit: pecunia quoque circa paupertatem plurimum amorem habet: dum ex illa ereptat.**³ Libro 19. epistola 10. **Imbecillis est primo omnis affectus deinde ipse se concitat: et vires dum procedit parat: excluditur facilius quam expellitur.**⁴ Idem de clementia: **Que ex solido nascuntur in maius meliusque procedunt.**⁵ Idem de consolatione ad marciam: **Omnia vitia penitus insistunt nisi dum surgunt oppressa sint.**⁶

1. Deinde, si ratio proficit, ne incipient quidem adfectus: si invita ratione coeperint, invita perseverabunt. Facilius est enim initia illorum prohibere quam impetum regere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 85.9 (O. Hense ed., p.337).

2. Quomodo ad id finiendum satis valeo, ad quod prohibendum parum valui, cum facilius sit excludere quam admissa comprimere?

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 85.13 (O. Hense ed., p.338).

3. Facilius enim crescit dignitas quam incipit. Pecunia quoque circa paupertatem plurimum morae habet, dum ex illa erepat haeret.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 101.1 (O. Hense ed., p.481).

4. Inbecillus est primo omnis adfectus. Deinde ipse se concitat et vires, dum procedit, parat: excluditur facilius quam expellitur.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 116.3 (O. Hense ed., p.561).

5. Nemo enim potest personam diu ferre, ficta cito in naturam suam recidunt; quibus veritas subest quaeque, ut ita dicam, ex solido enascuntur, tempore ipso in maius meliusque procedunt.

Seneca, *De clementia*, 1.1.6 (E. Hosius ed., p.212).

6. Quemadmodum omnia vitia penitus insidunt, nisi, dum surgunt, oppressa sunt, ita haec quoque tristitia et misera et in se saevientia ipsa novissime acerbitate pascuntur et fit infelicis animi prava voluptas dolor.

Seneca, *Consolatio ad Marciam*, 1.7 (E. Hermes ed., p.153).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 11: De potioritate qualitatis et quantitatis (s.n.):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 4. epistola 4. et finali. **Estimes iudicia non numeres.**¹

Idem in prouerbiis. **Frons nostra populo conueniat.**²

1. Scilicet ut malis tibi placere quam populo, ut aestimes iudicia, non numeres, ut sine metu deorum hominumque vivas, ut aut vincas mala aut finias.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 29.12 (O. Hense ed., p.97).

2. Intus omnia dissimilia sint, frons populo nostra conueniat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 5.2 (O. Hense ed., p.10).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 13: De cautione securitate et periculo (s.n.):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 2. epistola 5. **Quantum possumus eitemus incommoda queque: non tantum pericula: et in totum nos reducamus.**¹ Libro 17. epistola 2. **Tuta scelera esse non possunt.**² **Proprium est nocentium trepidare.**³ Libro 18. epistola 15. **Nemo potest terribilis esse secure.**⁴ **Securitas magna portio est nihil inique facere.**⁵ Idem de ira libro 2. **Periculosius est timeri quam despici.**⁶ **Necesse est vt multos timeat quem multi timent.**⁷ Idem de clementia: **Illius magnitudo stabilis fundata que est quem omnes tam supra se quam pro se sciunt: cuius curam excubare pro salute singulorum atque vniuersorum quotidie experiuntur.**⁸ **Clementia non tantum honestiores sed tutiores prestat: ornamentum enim imperatorum est et certa salus.**⁹ **O miserabilem illum qui cedibus ac rapinis potentiam exercuit qui suspecta sibi cuncta redit tam extranea quam domestica: qui vbi circumspexit que fecit queque facturus est sepe mortem timet: sepius optat.**¹⁰ **Errat siquis estimat tutum ibi esse regem vbi nihil a rege tutum est. Securitas securitate mutua paciscenda est. Non est opus struere in altum artes nec multiplicibus se muris turribusque sepire: saluum regem clementia in aperto prestat: vnum est inexpugnabile munimentum amor ciuium. Quid pulchrius est quam viuere cunctis optantibus?**¹¹ **Quis huic audeat struere aliquod periculum sub quo opulenta ciuitas copia omnium bonorum abundat.**¹² Idem tragediarum in hercule furente capitulo 2. **Nouit paucos Secura quies.**¹³ Capitulo 3. **Quem sepe transit casus aliquando inuenit.**¹⁴ Idem in prouerbiis. **Citius venit periculum cum contemnitur.**¹⁵

1. Nihilominus, quantum possumus, eitemus incommoda quoque, non tantum pericula, et in tutum nos reducamus excogitantes subinde, quibus possint timenda depelli.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 14.3 (O. Hense ed., p.49).

2. Ita est, tuta scelera esse possunt, secura esse non possunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 97.13 (O. Hense ed., p.463).

3. Proprium autem est nocentium trepidare.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 97.16 (O. Hense ed., p.464).

4. Nemo potuit terribilis esse secure.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 105.4 (O. Hense ed., p.507).

5. Securitatis magna portio est nihil inique facere: confusam vitam et perturbatam inpotentes agunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 105.7 (O. Hense ed., p.507).

6. Primum ira, si quantum minatur valet, ob hoc ipsum quod terribilis est et invisata est; periculosius est autem timeri quam despici.

Seneca, *De ira*, 2.11.1 (E. Hermes ed., p.82).

7. Occurrat hoc loco tibi laberianus ille versus, qui medio civili bello in theatro dictus totum in se populum non aliter convertit, quam si missa esset vox publici adfectus: necesse est multos timeat quem multi timent.

Seneca, *De ira*, 2.11.3 (E. Hermes ed., p.82).

8. Illius demum magnitudo stabilis fundataque est, quem omnes tam supra se esse quam pro se sciunt, cuius curam excubare pro salute singulorum atque universorum cottidie experiuntur, quo procedente non, tamquam malum aliquod aut noxium animal e cubili prosilierit, diffugiunt, sed tamquam ad clarum ac beneficum sidus certatim advolant.

Seneca, *De clementia*, 1.3.3 (E. Hosius ed., p.215).

9. Clementia ergo non tantum honestiores sed tutiores praestat ornamentumque inperiorum est simul et certissima salus.

Seneca, *De clementia*, 1.11.4 (E. Hosius ed., p.227).

10. Nam ceteris misereri eius nefas sit, qui caedibus ac rapinis potentiam exercuit, qui suspecta sibi cuncta reddidit tam externa quam domestica, cum arma metuat, ad arma confugiens, non amicorum fidei credens, non pietati liberorum; qui, ubi circumspexit, quaeque fecit quaeque facturus est, et conscientiam suam plenam sceleribus ac tormentis adaperuit, saepe mortem timet, saepius optat, invisior sibi quam servientibus.

Seneca, *De clementia*, 1.13.3 (E. Hosius ed., p.229).

11. Errat enim, si quis existimat tutum esse ibi regem, ubi nihil a rege tutum est; securitas securitate mutua paciscenda est. Non opus est instruere in altum editas arces nec in adscensum arduos colles emunire nec latera montium abscidere, multiplicibus se muris turribusque saepire: salvum regem clementia in aperto praestabit. Unum est inexpugnabile munimentum amor civium. Quid pulchrius est quam vivere optantibus cunctis et vota non sub custode nuncupantibus?

Seneca, *De clementia*, 1.19.5 (E. Hosius ed., p.236).

12. Quis huic audeat struere aliquod periculum? quis ab hoc non, si possit, fortunam quoque avertere velit, sub quo iustitia, pax, pudicitia, securitas, dignitas florent, sub quo opulenta civitas copia bonorum omnium abundat.

Seneca, *De clementia*, 1.19.8 (E. Hosius ed., p.237).

13. Novit paucos secreta quies, / qui velocis memores aevi / tempora numquam reditura tenent.

Seneca, *Hercules furens*, 175-177 (R. Peiper & G. Richter eds., p.9).

14. MEGARA: Iniqua raro maximis virtutibus / fortuna parcat; nemo se tuto diu / periculis offerre tam crebris potest: / quem saepe transit casus, aliquando invenit.

Seneca, *Hercules furens*, 325-328 (R. Peiper & G. Richter eds., p.14).

15. Citius uenit periculum cum contemnitur.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 92 (W. Meyer ed., p.24).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 1: De philosophia et scientia litterarum (fol.65rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 7. capitulo 5. **Adeo philosophia sacrum quiddam et venerabile est vt etiam si quid illi simile est mendacio placeat.**¹ Libro 15. capitulo 1. **Philosophia sapientie amor est et affectatio.**² **Philosophie tres partes esse dixerunt et maximi et plurimi auctores: moralem: naturalem: et rationalem. Prima componit animum. Secunda rerum naturas scrutatur. Tertia proprietates verborum exigit: et structuram: et argumentationes: ne pro vero falsa subrepant.**³ Idem de septem liberalibus artibus. **Liberalia studia dicta sunt: quia homine libero digna sunt.**⁴ **Liberalia studia virtutem dare non possunt: sed animum ad recipiendam virtutem preparant. Liberales artes non perducunt animum ad virtutem: sed expediunt.**⁵ **Quid est quare existimem non futurum sapientem eum qui litteras nescit: cum sapientia non sit in litteris: res tradit non verba.**⁶

1. Sed adeo, mi lucili, philosophia sacrum quiddam est et venerabile, ut etiam, si quid illi simile est, mendacio placeat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 55.4 (O. Hense ed., p.168).

2. Philosophia sapientiae amor est et adfectatio.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 89.4 (O. Hense ed., p.376).

3. Philosophiae tres partes esse dixerunt et maximi et plurimi auctores: moralem, naturalem, rationalem. Prima componit animum. Secunda rerum naturam scrutatur. Tertia proprietates verborum exigit et structuram et argumentationes, ne pro vero falsa subrepant.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 89.9 (O. Hense ed., p.378).

4. Quare liberalia studia dicta sint, vides: quia homine libero digna sunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 88.2 (O. Hense ed., p.363).

5. Quare ergo liberalibus studiis filios erudimus? Non quia virtutem dare possunt, sed quia animum ad accipiendam virtutem praeparant. Quemadmodum prima illa, ut antiqui vocabant, litteratura, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes, sed mox percipiendis locum parat, sic liberales artes non perducunt animum ad virtutem, sed expediunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 88.20 (O. Hense ed., p.368).

6. Quid est autem, quare existimem non futurum sapientem eum, qui litteras nescit, cum sapientia non sit in litteris? Res tradit, non verba, et nescio an certior memoria sit, quae nullum extra se subsidium habet.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 88.32 (O. Hense ed., p.371).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 3: De doctrina et doctoribus sue magistris (fol.66rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 4. capitulo 6. **Nunquam minus dicitur quod nunquam satis dicitur.**¹ Libro 5. capitulo 9. **Plurimum proficit sermo qui minutatim irrepit animo.**² Idem de tranquillitate animi. **Male respondent coacta ingenia.**³ Idem de consolatione ad elbiam: **Altius precepta descendunt que teneris impremuntur animis.**⁴ Idem in prouerbiis. **Homines dum docent discunt.**⁵

1. Hoc saepe dicit epicurus aliter atque aliter: sed numquam nimis dicitur, quod numquam satis dicitur.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 27.9 (O. Hense ed., p.91).

2. Plurimum proficit sermo, quia minutatim inrepat animo.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 27.9 (O. Hense ed., p.91).

3. Considerandum est, utrum natura tua agendis rebus an otioso studio contemplationique aptior sit, et eo inclinandum, quo te vis ingenii feret – isocrates ephorum iniecta manu a foro subduxit utiliore componendis monumentis historiarum ratus –; male enim respondent coacta ingenia, reluctantante natura inritus labor est.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 7.2 (E. Hermes ed., p.257).

4. Nunc mores eius compone, nunc forma: altius praecepta descendunt, quae teneris imprimuntur aetatibus.

Seneca, *Consolatio ad Helviam matrem*, 18, 8 (E. Hermes ed., p.367).

5. Mutuo ista fiunt, et homines, dum docent, discunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 7.8 (O. Hense ed., p.16).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 4: De admonitione castigatione seu correctione (fol.67rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 2. capitulo 2. **Quicquid infixum ingenitum est leuiter arte non vincitur.**¹ **Quaecumque attribuit conditio nascendi et corporis temperantia etiam cum multum se diuque animus composuerit herebunt.**² Libro 4. capitulo 7. **Initium est salutis notitia peccati. Qui peccare senescit: corrigi non vult.**³ Libro 9. capitulo 2. **Vitia sua confiteri sanitatis iudicium est.**⁴ Libro 16. capitulo 2. **Nihil proficient precepta quamdiu mentis error: obtusus est.**⁵ **Omnia honestarum rerum semina anime gerunt: que admonitione excitantur.**⁶ **Ingenii vis preceptis aliter et crescit: vanasque persuasiones adiicit innatis: et deprauata corrigit.**⁷ **Nulla res magis animis honesta induit dubiosque et in prauum inclinabile reuocat ad rectum quam bonorum conuersatio. Paulatim enim descendit in pectora et vim preceptorum obtinet frequenter aspici: frequenter audiri.**⁸ **Id tibi in conuersatione virorum sapientium eueniet: non deprehendens quemadmodum aut quando tibi prosit: prodesse deprehendes.**⁹ Libro 19. capitulo 2. **Facile est auditorem concitare ad cupiditatem recti: omnibus enim natura fundamenta dedit semenque virtutum.**¹⁰ 10. capitulo. **Vitia nostra quia amamus defendimus et malumus excusare illa quam excutere.**¹¹ Idem de ira libro 2. **Aliquando incutiendus his metus apud quos ratio non proficit.**¹² **Difficulus reciduntur vicia que nobiscum crescunt.**¹³ **Naturam mutare difficile est.**¹⁴ **Quo plus indulgetur pupillo quo plus licet corruptior fit.**¹⁵ Idem declamationum seu ciuiliu causarum libro 7. in prohemio. **Hoc equale omnium est vt vicia sua excusare malint quam effugare.**¹⁶ Idem in prouerbiis. **Cum his versare qui te corrigent.**¹⁷ **Secrete admone amicos: palam lauda.**¹⁸

1. Nulla enim sapientia naturalia corporis aut animi vitia ponuntur: quicquid infixum et ingenitum est, lenitur arte, non vincitur.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 11.1 (O. Hense ed., p.28).

2. Quaecumque adtribuit conditio nascendi et corporis temperatura, cum multum se diuque animus composuerit, haerebunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 11.6 (O. Hense ed., p.29).

3. Initium est salutis notitia peccati. Egrege mihi hoc dixisse videtur epicurus. Nam qui peccare se nescit, corrigi non vult: deprehendas te oportet, antequam emendes.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 28.9 (O. Hense ed., p.93).

4. Quare vitia sua nemo confitetur? quia etiamnunc in illis est: somnium narrare vigilantis est, et vitia sua confiteri sanitatis indicium est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 53.8 (O. Hense ed., p.163).

5. Nihil enim proficient praecepta, quamdiu menti error offusus est: si ille discutitur, apparebit, quid cuique debeat officio.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.5 (O. Hense ed., p.419).

6. Omnium honestarum rerum semina animi gerunt, quae admonitione excitantur, non aliter quam scintilla flatu levi adiuta ignem suum explicat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.29 (O. Hense ed., p.425).

7. Ingenii vis praeceptis alitur et crescit novasque persuasiones adicit innatis et depravata corrigit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.29 (O. Hense ed., p.425).

8. Nulla res magis animis honesta induit dubiosque et in pravum inclinabiles revocat ad rectum quam bonorum virorum conversatio. Paulatim enim descendit in pectora et vim praeceptorum obtinet frequenter aspici, frequenter audiri.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.40 (O. Hense ed., p.428).

9. Idem tibi in conversatione virorum sapientium eveniet. Non deprehendes, quemadmodum aut quando tibi prosit, profuisse deprendes.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.41 (O. Hense ed., p.429).

10. Facile est auditorem concitare ad cupidinem recti. Omnibus enim natura fundamenta dedit semenque virtutum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.41 (O. Hense ed., p.429).

11. Immo mehercules aliud est in re: vitia nostra quia amamus, defendimus et malumus excusare illa quam excutere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 116.8 (O. Hense ed., p.563).

12. Aliquando incutiendus est iis metus aput quos ratio non proficit: irasci quidem non magis utile est quam maerere, quam metuere.

Seneca, *De ira*, 2.14.1 (E. Hermes ed., p.85).

13. Educatio maximam diligentiam plurimum que profuturam desiderat; facile est enim teneros adhuc animos componere, difficulter reciduntur vitia quae nobiscum creverunt.

Seneca, *De ira*, 2.18.2 (E. Hermes ed., p.88).

14. Naturam quidem mutare difficile est, nec licet semel mixta nascentium elementa convertere; sed in hoc nosse profuit, ut calentibus ingeniis subtrahas vinum, quod pueris plato negandum putat et ignem vetat igne incitari.

Seneca, *De ira*, 2.20.2 (E. Hermes ed., p.90).

15. Dabimus aliquod laxamentum, in desidiam vero otiumque non resolvemus et procul a contactu deliciarum retinebimus; nihil enim magis facit iracundos quam educatio mollis et blanda: ideo unicis quo plus indulgetur, pupillisque quo plus licet, corruptior animus est.

Seneca, *De ira*, 2.21.6 (E. Hermes ed., p.91).

16. Et hoc aequale omnium est, ut vitia sua excusare malint quam effugere.

Seneca Rhetor, *Controuersiae*, 7.praef.4 (L. Hakanson ed., p.167).

17. Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 7.8 (O. Hense ed., p.16).

18. Amicos secreto admone, palam autem lauda.

Martinus Bracaraensis, *Libellus de moribus*, 1 (PL 72, col.29B).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 5: De increpatione et reprehensione (fol.67vb):

Seneca in prouerbiis: **Crudelis est in re aduersa obiurgatio.**¹ **Obiurgationi semper aliquid blanditie admisce.**²

1. Crudelis est in re aduersa obiurgatio.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 86 (W. Meyer ed., p.23).

2. Obiurgationi semper aliquid blande admisce; facilius enim penetrant verba quae molli vadunt via, quam aspera; nemo enim se mutat, quia mutari se desperet.

Martinus Bracarenensis, *Libellus de moribus*, 1 (PL 72, col.29B).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 6: De exemplo et imitatione (fol.68va):

Seneca epistolarum ad Lucillum libro 2. capitulo 3. **Longum iter est per precepta breue et efficax per exempla.**¹ Libro 16. capitulo 2. **Nemo sibi vni: sed dementia spargit in proximos: accipitque inuicem.**² Idem declamationum seu ciuiliu causarum libro 9. capitulo i. **Facilius vt quid imitandum et quid vitandum sit docemur exemplo.**³ Idem in prouerbiis. **Bonum est fugienda aspicere in alieno malo.**⁴ **Ex vitio alterius sapiens emendat suum.**⁵

1. In rem praesentem venias oportet, primum, quia homines amplius oculis quam auribus credunt; deinde, quia longum iter est per praecepta, breue et efficax per exempla.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 6.5 (O. Hense ed., p.13).

2. Nemo errat uni sibi, sed dementia spargit in proximos accipitque inuicem.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 94.54 (O. Hense ed., p.432).

3. Omnia autem genera corruptarum quoque sententiarum de industria pono, quia facilius et quid imitandum et quid vitandum sit docemur exemplo.

Seneca Rhetor, *Controversiae*, 9.2.27 (L. Hakanson ed., p.250).

4. Bonum est fugienda aspicere in alieno malo.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 47 (W. Meyer ed., p.21).

5. Ex vitio alterius sapiens emendat suum.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 150 (W. Meyer ed., p.28).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 7: De disciplina (fol.69ra-rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. capitulo 2. **Distrahit librorum multitudo. Itaque cum legere non possis quantum habueris: satis est habere quantum legas.**¹ 3. capitulo. **Plus tibi et viva vox et conuinctus quam oratio proderit. Homines amplius oculis quam auribus credunt.**² Libro 3. capitulo 3. **Si vis vacare animo vt pauper sis oportet: aut pauperi similis: non potest studium salutare fieri sine fragilitatis cura; fragilitas autem paupertas voluntaria est.**³ Libro 6. capitulo 3. **Lectio certa prodest: varia delectat.**⁴ **Que dementia est superuacua discere in tanta temporis egestate.**⁵ 7. capitulo et finali. **Dociles natura nos edidit et rationem dedit imperfectam sed que profici posset.**⁶ Libro 11. capitulo 2. **Apes debemus imitari: que vagantur et flores ad mel faciendum idoneos carpunt. Deinde quicquid attulere disponunt ac per fauos dirigunt.**⁷ **Nos quoque debemus quecunque ex diuersa lectione congressimus separare. Melius enim distincta seruantur: deinde adhibita ingenii nostri cura et facultate in vnum saporem varia ista libamenta confundere.**⁸ Libro 15. capitulo i. **Facilius per partes in cognitionem totius adducimur.**⁹ **Quicquid in maius creuit facilius ignoscitur si discessit in partes quas innumerabiles esse et paululas non oportet. Idem enim viciu[m] habet nimia quod nulla diuisio simile: confuso est quicquid in puluerem sectum est.**¹⁰ Idem declamationum libro 4. in prohemio. **Accutior est cupiditas ignota cognoscendi quod nota repetendi.**¹¹ Idem de ira libro 2. **Nihil est difficile et arduum quod non humana mens vincat et in familiaritatem perducatur assidua meditatio.**¹² Idem de tranquillitate animi: **Puto multos potuisse ad sapientiam peruenire: nisi putassent se peruenisse.**¹³ **Onerat discente turba librorum non instituit: multoque satius est paucis te auctoribus tradere quam errare per multos.**¹⁴

1. Distingit librorum multitudo. Itaque cum legere non possis, quantum habueris, satis est habere, quantum legas.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 2.3 (O. Hense ed., p.3).

2. Plus tamen tibi et viva vox et conuinctus quam oratio proderit. In rem praesentem venias oportet, primum, quia homines amplius oculis quam auribus credunt; deinde, quia longum iter est per praecepta, breve et efficax per exempla.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 6.5 (O. Hense ed., p.13).

3. Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura; frugalitas autem paupertas voluntaria est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 17.5 (O. Hense ed., p.51).

4. Non refert, quam multos, sed quam bonos habeas: lectio certa prodest, varia delectat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 45.1 (O. Hense ed., p.133).

5. Etiam si multum superesset aetatis, parce dispensandum erat, ut sufficeret necessariis: nunc quae dementia est supervacua discere in tanta temporis egestate?

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 48.12 (O. Hense ed., p.146).

6. Dociles natura nos edidit et rationem dedit imperfectam, sed quae perfici posset.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 49.11 (O. Hense ed., p.150).

7. Apes, ut aiunt, debemus imitari, quae vagantur et flores ad mel faciendum idoneos carpunt, deinde quicquid attulere, disponunt ac per favos digerunt et, ut vergilius noster ait liquentia mella stipant et dulci distendunt nectare cellas.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 84.3 (O. Hense ed., p.331).

8. Sed ne ad aliud quam de quo agitur, abducar, nos quoque has apes debemus imitari et quaecumque ex diversa lectione conguessimus, separare, melius enim distincta servantur, deinde adhibita ingenii nostri cura et facultate in unum saporem varia illa libamenta confundere, ut etiam si apparuerit, unde sumptum sit, aliud tamen esse quam unde sumptum est, appareat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 84.5 (O. Hense ed., p.332).

9. Facilius enim per partes in cognitionem totius adducimur.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 89.1 (O. Hense ed., p.375).

10. Quicquid in maius crevit, facilius ag noscitur, si discessit in partes, quas ut dixi, innumerabiles esse et parvulas non oportet. Idem enim vitii habet nimia quod nulla divisio; simile confuso est, quidquid usque in pulverem sectum est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 89.3 (O. Hense ed., p.376).

11. Acrior est cupiditas ignota cognoscendi quam nota repetendi.

Seneca Rhetor, *Controuersiae*, 4.praef.1 (L. Hakanson ed., p.142).

12. Atqui nihil est tam difficile et arduum quod non humana mens vincat et in familiaritatem perducatur adsidua meditatio, nullique sunt tam feri et sui iuris adfectus, ut non disciplina perdomentur.

Seneca, *De ira*, 2.12.3 (E. Hermes ed., p.83).

13. Puto multos potuisse ad sapientiam pervenire, nisi putassent se pervenisse, nisi quaedam in se dissimulassent, quaedam opertis oculis transiluissent.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 1.16 (E. Hermes ed., p.246).

14. Quo innumerabiles libros et bybliothechas, quarum dominus vix tota vita indices perlegit. Onerat discentem turba, non instruit, multoque satius est paucis te auctoribus tradere, quam errare per multos.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 9.4 (E. Hermes ed., p.262).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 8: De etate acceptabili discipline (fol.69vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 10. capitulo 3. **Quid stultius quam que diu non didiceris non discere. Tamdiu discendum est quamdiu nescias. Si prouerbio credimus quamdiu uiuas.**¹ Idem de consolatione ad helbiam matrem. **Altius precepta descendunt que teneris imprimunt annis.**²

1. Quid autem stultius est quam, quia diu non didiceris, non discere? Quid ergo? Idem faciam, quod trossuli et iuvenes. Bene me cum agitur, si hoc unum senectutem meam dedecet omnis aetatis homines haec schola admittit. In hoc senescamus, ut iuvenes sequamur? In theatrum senex ibo et in circum deferar et nullum par sine me depugnabit: ad philosophum ire erubescam? Tamdiu discendum est, quamdiu nescias: si proverbio credimus, quamdiu uiuas.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 76.1-3 (O. Hense ed., p.275).

2. Nunc mores eius compone, nunc forma: altius praecepta descendunt, quae teneris imprimuntur aetatibus.

Seneca, *Consolatio ad Heluiam matrem*, 18.8 (E. Hermes ed., p.367).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 9: De studio discipline et continuatione eius (fol.70rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. capitulo 2. **Distrahit multitudo librorum: Itaque cum legere non possis quantum habueris: satis est habere quantum legas.**¹ Libro 11. capitulo 2. **Alit lectio ingenium.**² Libro 16. capitulo 2. **Queque salutaria sunt sepe agitari oportet: sepe versari: vt non tantum nota sint nobis: etiam parata: adice numero quod apta quoque apertiora fieri solent.**³ Idem de tranquillitate animi. **Puto multos potuisse ad sapientiam peruenire nisi putassent se peruenisse.**⁴ **Si te ad studia reuocaueris omne vite fastidium effugies.**⁵ **Onerat discentem turba librorum: non instituit: multoque satius est paucis te auctoribus tradere quam errare per multos.**⁶ Idem de consolatione ad paulinum. **Studia optime felicitatem extollunt et facillime calamitatem minuunt.**⁷ Idem tragediarum in troade capitulo 7. **Dediscit animus sero quod didici: diu.**⁸

1. Distingit librorum multitudo. Itaque cum legere non possis, quantum habueris, satis est habere, quantum legas.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 2.3 (O. Hense ed., p.3).

2. Alit lectio ingenium et studio fatigatum, non sine studio tamen, reficit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 84.1 (O. Hense ed., p.331).

3. Quaecumque salutaria sunt, saepe agitari debent, saepe versari, ut non tantum nota sint nobis, sed etiam parata. Adice nunc, quod aperta quoque apertiora fieri solent.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.26 (O. Hense ed., p.425).

4. Puto multos potuisse ad sapientiam pervenire, nisi putassent se pervenisse, nisi quaedam in se dissimulassent, quaedam opertis oculis transiluissent.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 1.16 (E. Hermes ed., p.246).

5. Si te ad studia revocaveris, omne vitae fastidium effugeris nec noctem fieri optabis taedio lucis, nec tibi gravis eris nec aliis supervacuum; multos in amicitiam adtrahes adfluetque ad te optumus quisque.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 3.6 (E. Hermes ed., p.252).

6. Quo innumerabiles libros et bybliotheas, quarum dominus vix tota vita indices perlegit. Onerat discentem turba, non instruit, multoque satius est paucis te auctoribus tradere, quam errare per multos.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 9.4 (E. Hermes ed., p.262).

7. Tibi vero nihil ex consuetudine mutandum est tua, quoniam quidem ea instituisti amare studia, quae et optime felicitatem extollunt et facillime minuunt calamitatem eademque et ornamenta maxima homini sunt et solacia.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 18.1 (E. Hermes ed., p.336).

8. Solitus ex longo est metus: / dediscit animus scire quod didicit diu.

Seneca, *Troades*, 632-633 (R. Peiper & G. Richter eds., p.72).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 10: De inuestigatione seu indagatione et inuentione (fol.70vb):

Seneca in epistolis ad lucillum libro 4. capitulo 8. et finali. **Non potest fieri vt non aliquando succedant multa tentanti.**¹ Libro 5. capitulo 4. **Patet omnibus veritas: nondum est occupata. Multum ex illa etiam futuris relictum est.**² Idem declamationum seu ciuilium causarum libro i. in prohemio. **Sepe quod querenti non comparuerat aliud agenti presto est.**³

1. Non potest fieri, ut non aliquando succedat multa temptanti.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 29.2 (O. Hense ed., p.94).

2. Patet omnibus veritas, nondum est occupata. Multum ex illa etiam futuris relictum est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 33.11 (O. Hense ed., p.110).

3. Controversiarum sententias fortasse pluribus locis ponam in una declamatione dictas; non enim, dum quaero aliquid, inuenio, sed saepe quod quaerenti non comparuit, aliud agenti praesto est; quaedam vero, quae obversantia mihi et ex aliqua parte se ostendentia non possum occupare, eadem securo et reposito animo subito emergunt.

Seneca Rhetor, *Controuersiae*, 1.praef.5 (L. Hakanson ed., p.2).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 1: De vtilitate seu proficuo (fol.71rb):

Seneca de beneficiis libro 7 et finali. **Solet plus prodesse si pauca precepta sapientie teneas sed illa in promptu et in vsu sint: quam si multa quidem didiceris: sed illa non habeas ad manum.**¹ Idem de ira libro 3. **Non expedit omnia videre omnia audire.**²

1. Egregie enim hoc dicere demetrius cynicus, vir meo iudicio magnus, etiam si maximis conparetur, solet plus prodesse, si pauca praecepta sapientiae teneas, sed illa in promptu tibi et in usu sint, quam si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum.

Seneca, *De beneficiis*, 7.1.3 (E. Hosius ed., p.180).

2. Non expedit omnia videre, omnia audire.

Seneca, *De ira*, 3.11.1 (E. Hermes ed., p.120).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 3: De vanitate et frustratione humanorum actuum (fol.71vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 6. capitulo 6. **Que dementia est superuacua discere in tanta temporis egestate.**¹ Libro 31. capitulo 1. **Superuacua ex animo tollenda sunt.**² Libro 19. capitulo 11. et finali. **Non tam benignum ac liberale tempus natura nobis dedit: vt aliquid ex illo vacet perdere.**³ Idem de beata vita: **Non nitetur sapiens in supervacuuum: nec se nil profecturis impendet.**⁴ Idem de septem liberalibus artibus: **Quid refert providere quod effugere non possis.**⁵ **Plus scire velle quam sit: satis intemperantie genus est.**⁶ **Audi quantum mali faciat nimia subtilitas: et quam infesta virtuti sit: pythagoras ait: de omni re in vtranque partem disputari posse ex equo et de hac ipsa ante omnes res in vtramque partem disputabilis sit. Nausiphanes ait: ex his que videntur esse nihil magis esse quam non esse. Parmenides ait: ex his que videntur nihil esse in vniuerso tota rerum natura vmbrosa est: aut inanis: aut fallax.**⁷

1. Etiam si multum superesset aetatis, parce dispensandum erat, ut sufficeret necessariis: nunc quae dementia est supervacua discere in tanta temporis egestate?

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 48.12 (O. Hense ed., p.146).

2. Haec tam multa, tam magna ut habere possint liberum hospitium, supervacua ex animo tollenda sunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 88.35 (O. Hense ed., p.372).

3. Non tam benignum ac liberale tempus natura nobis dedit, ut aliquid ex illo vacet perdere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 117.32 (O. Hense ed., p.572).

4. Si res publica corruptior est quam ut adiuvari possit, si occupata est malis, non nitetur sapiens in supervacuuum nec se nihil profuturus impendet; si parum habebit auctoritatis aut virium nec illum erit admissura res publica, si valetudo illum impedit, quomodo navem quassam non deduceret in mare, quomodo nomen in militiam non daret debilis, sic ad iter, quod inhabile sciet, non accedet.

Seneca, *De otio*, 3.3 (E. Hermes ed., p.234).

5. Sive significant, quid refert providere quod effugere non possis?

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 88.15 (O. Hense ed., p.366).

6. Plus scire velle quam sit satis, intemperantiae genus est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 88.36 (O. Hense ed., p.373).

7. Audi, quantum mali faciat nimia subtilitas et quam infesta veritati sit. Protagoras ait de omni re in utramque partem disputari posse ex aequo et de hac ipsa, an omnis res in utramque partem disputabilis sit. Nausiphanes ait ex his, quae videntur esse, nihil magis esse quam non esse. Parmenides ait ex his, quae videntur, nihil esse uno excepto universo.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 88.43-44 (O. Hense ed., p.374).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 5: De artibus et artificiis (fol.72ra):

Seneca de septem liberalibus artibus: **Meritoria artificia sunt.**

Meritoria artificia sunt, hactenus utilia, si praeparent ingenium, non detinent.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 88.1 (O. Hense ed., p.362).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 7: De cura et intentione animi et negligentia (fol.72vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. capitulo i. **Turpissima est iactura que per negligentiam fit.**¹ Libro 7. capitulo i. **Nihil est quod non expugnet pertinax opera et intenta ac diligens cura.**²

1. Turpissima tamen est iactura, quae per negligentiam fit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 1.1 (O. Hense ed., p.1).

2. Nihil est, quod non expugnet pertinax opera et intenta ac diligens cura.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 50.6 (O. Hense ed., p.152).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.73vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. capitulo 7. et finali. **Durius tractandum est corpus ne animo male pareat.**¹ Libro 5. capitulo 2. **Generosos animos labor nutrit.**² Libro 7. capitulo 3. **Nullum laborem recusant manus que ad arma ab aratro transferuntur.**³ Libro 16. capitulo 2. **Piger sibi ipsi obstat.**⁴ Idem declamationum seu ciuilium causarum capitulo 2. **Mollit vim ocium: ferrum situ rubiginem ducit.**⁵ Idem de naturalibus questionibus libro 6. et finali. **Tarde magna proueniunt utique: si labor cessat.**⁶

1. Durius tractandum est, ne animo male pareat: cibus famem sedet, potio sitim extinguat, vestis arceat frigus, domus munimentum sit adversus infesta corporis.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 8.5 (O. Hense ed., p.18).

2. Generosos animos labor nutrit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 31.4 (O. Hense ed., p.103).

3. Nullum laborem recusant manus, quae ad arma ab aratro transferuntur: in primo deficit pulvere ille unctus et nitidus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 51.10 (O. Hense ed., p.155).

4. Audentes fortuna iuvat, piger ipse sibi opstat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.28 (O. Hense ed., p.425).

5. Mollit viros otium, ferrum situ rubiginem ducit.

Seneca Rhetor, *Controversiarum excerpta*, 2.2 (L. Hakanson ed., p.126).

6. Tarde magna proueniunt, utique si labor cessat.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 7.31.1 (H.M. Hine ed., p.319).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.74vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 5. capitulo 11. et finali. **Tardiloquum esse te iubeo.**¹ Idem declamationum seu ciuiliu causarum libro 3. capitulo 8. **Impari dolori silentium non potest.**² Idem de moribus. **In hoc incumbe vt libentius audias quam loquaris.**³ **Auribus frequentius vtere quam lingua.**⁴ **Qui nescit tacere nescit loqui.**⁵ Idem in prouerbiis. **Loquax inimicus minus quam taciturnus offendit.**⁶

1. Summa ergo summarum haec erit: tardilocum esse te iubeo.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 40.14 (O. Hense ed., p.124).

2. Imperari dolori silentium non potest.

Seneca Rhetor, *Controuersiarum excerpta*, 2.2 (L. Hakanson ed., p.126).

3. In hoc tantum incumbe, ut libentius audias quam loquaris.

Martinus Bracarenis, *Libellus de moribus*, 1 (PL 72, col.29A).

4. Auribus frequentius quam lingua utere.

Martinus Bracarenis, *Libellus de moribus*, 5 (PL 72, col.31B).

5. Qui nescit tacere, nescit loqui.

Martinus Bracarenis, *Libellus de moribus*, 5 (PL 72, col.32A).

6. Itaque te minus loquax inimicus offendit quam tacitus.

Martinus Bracarenis, *Libellus de moribus*, 3 (PL 72, col.30B).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 4: De interrogationis et responsionis prudentia (fol.75vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 2. capitulo 5. **Que quisque fugit damnat.**¹ Libro 15. epistola 4. **Temeritas est damnare quod nesciat.**² Idem in prouerbiis. **Ad penitendum properat qui cito iudicat.**³ **In iudicando criminosa est celeritas.**⁴

1. Pars enim securitatis et in hoc est, non ex professo eam petere, quia, quae quis fugit, damnat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 14.8 (O. Hense ed., p.41).

2. Interim temeritas est damnare, quod nescias.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 91.21 (O. Hense ed., p.404).

3. Ad paenitendum properat, cito qui iudicat.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 32 (W. Meyer ed., p.19).

4. In iudicando criminosa est celeritas.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 254 (W. Meyer ed., p.36).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 8: De tacendis et celandis propriis et alienis criminibus (fol.77ra):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 8. capitulo 1. et penultimo. **Hos mores habet populus: hoc imperitissimus quisque in secreta irrumpere cupit.**¹ Libro 18. capitulo 5. **Habet unusquisque aliquem cui tantum credat quantum ipsi creditum est: ut garrulitatem suam custodiat: et contentus sic unius auribus populum faciat.**² Idem de moribus. **Quod tacitum esse velis nemini dixeris. Sed tibi ipsi non imperasti: quomodo ab alio silentium speras?**³ **Quid dulcius quam habere amicum cum quo omnia sicut tecum audeas loqui.**⁴ Idem tragediarum in hypolito 9. capitulo. **Alium silere quod voles prius sile.**⁵

1. Hos mores habet populus, hos imperitissimus quisque: in secreta irrumpere cupit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 68.4 (O. Hense ed., p.231).

2. Habet unusquisque aliquem, cui tantum credat, quantum ipsi creditum est. Ut garrulitatem suam custodiat et contentus sit unius auribus, populum faciet, si quod modo secretum erat, rumor est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 105.6 (O. Hense ed., p.507).

3. Quod tacitum esse velis, nemini dixeris. Si tibi non imperasti, quomodo ab alio silentium speras?

Martinus Bracaraensis, *Libellus de moribus*, 1 (PL 72, col.29B).

4. Quid dulcius quam habere amicum cum quo audeas ut tecum omnia loqui?

Martinus Bracaraensis, *Libellus de moribus*, 2 (PL 72, col.29B-C).

5. PHAEDRA: Alium silere quod voles, prius sile.

Seneca, *Phaedra*, 876 (R. Peiper & G. Richter, p.186).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 8: De secretis tacendis et celandis et propalatione eorum (fol.77rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 4. capitulo 8. et finali. **Nulli non audituro dicendum est.**

Nulli enim nisi audituro dicendum est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 21.1 (O. Hense ed., p.94).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 10: Cum quibus sit loquendum (fol.77va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 19. capitulo 8. **Ubi cunq; videris orationem corruptam placere: ibi quoq; mores a recto destituisse non erit dubium.**¹ Idem de moribus: **Turpia ne dixeris: paulatim enim pudor rerum per verba dediscitur.**²

1. Itaque ubicunq; videris orationem corruptam placere, ibi mores quoque a recto descivisse non erit dubium.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 114.11 (O. Hense ed., p.551).

2. Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor per verba discutitur.

Martinus Bracarenensis, *Libellus de moribus*, 5 (PL 72, col.31C).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 13: De aspera uel rigida et de verbis malignis ac conuiciis (fol.78rb):

Seneca in prouerbiis. **De inimico non loquaris malum: sed cogites.**

De inimico non loquaris male sed cogites.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 127 (W. Meyer ed., p.26).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 13: De minis (fol.78va):

Seneca tragediarum in medea capitulo 3. **Ira que tegitur nocet.**¹ Idem in prouerbiis. **Loquax inimicus minus quam taciturnus offendit.**²

1. Gravia quisquis vulnera / patiente et aequo mutus animo pertulit, / referre potuit: ira quae tegitur nocet; / professa perdunt odia vindictae locum.

Seneca, *Medea*, 161-164 (R. Peiper & G. Richter eds., p.124).

2. Itaque te minus loquax inimicus offendit quam tacitus.

Martinus Bracarenensis, *Libellus de moribus*, 3 (PL 72, col.30B).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 1: De rethorica et poetria et eloquentia facundia: oratione et oratore atque poeta (fol.79rb):

Seneca declamationum seu ciuiliu[m] causarum libro i. in prohemio. **Quo plura exempla inspecta sunt plus in eloquentia proficiscitur.**¹ Libro 3. in prohemio: **Magna et varia res est: eloquentia que inuitis placeat se indulsit vt tota contingeret.**² Libro 10. et finali in prohemio: **Magna debet esse eloquentia que inuitis placeat: cum ingenia fauor hominum ostendat fauor alat quantam vim esse oportet que inter obstantia erumpat.**³

1. Facitis autem, iuvenes mei, rem necessariam et utilem, quod non contenti exemplis saeculi vestri priores quoque vultis cognoscere; primum quia, quo plura exempla inspecta sunt, plus in eloquentiam proficitur.

Seneca Rhetor, *Controuersiae*, 1.praef.6 (L. Hakanson ed., p.2).

2. Magna et varia res est eloquentia neque adhuc ulli sic indulsit, ut tota contingeret; satis felix est qui in aliquam eius partem receptus est.

Seneca Rhetor, *Controuersiae*, 3.praef.11 (L. Hakanson ed., p.133).

3. Magna autem debet esse eloquentia, quae inuitis placeat, et cum ingenia fauor hominum ostendat, fauor alat, quantam vim esse oportet, quae inter obstantia erumpat!

Seneca Rhetor, *Controuersiae*, 10.praef.4 (L. Hakanson ed., p.284).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 2: De potentia et effectu eloquentie (fol.79vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 15. capitulo 3. **Incredibile est quam facile etiam magnos viros dulcedo orationis abducat a vero.**¹ Idem de consolatione ad paulinum: **Potest quidem eloquentia que parua sunt approbare pro magnis: rursus magna attenuare et ad minima deducere.**²

1. Incredibilest, mi lucili, quam facile etiam magnos viros dulcedo orationis abducat vero.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 90.20 (O. Hense ed., p.388).

2. Potest quidem eloquentia tua quae parua sunt approbare pro magnis, rursus magna attenuare et ad minima deducere; sed alio istas vires seruet suas, nunc tota se in solacium tuum conferat.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 18.4 (E. Hermes ed., p.337).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 4: De exordio et partibus eius (fol.80va):

Seneca declamationum seu ciuilium causarum libro 10. et finali in prohemio: **Magna debet esse eloquentia que inuitis placeat.**

Magna autem debet esse eloquentia, quae inuitis placeat, et cum ingenia favor hominum ostendat, favor alat, quantam vim esse oportet, quae inter obstantia erumpat!

Seneca Rhetor, *Controversiae*, 10.praef.4 (L. Hakanson ed., p.284).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 8: De qualitate verborum obseruanda eloquenti (fol.81vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 5. capitulo 10 et finali. **Que veritati operam dat oratio incomposita debet esse et simplex.**¹ Libro 6. epistola 6. **Aperta decent et simplicia veritatem.**²

1. Adice nunc, quod quae veritati operam dat oratio, inconposita esse debet et simplex:
haec popularis nihil habet veri.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 40.4 (O. Hense ed., p.121).

2. Aperta decent et simplicia bonitatem.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 48.12 (O. Hense ed., p.146).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 11: De verborum prolatione rethorica (fol.82va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 5. epistola 11. et finali. **Quemadmodum sapienti viro incessus modestior conuenit ita oratio pressa non audax.**¹ Libro 19. epistola 9. **Occultus animi est.**²

1. Nam quemadmodum sapienti viro incessus modestior conuenit, ita oratio pressa, non audax.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 40.14 (O. Hense ed., p.124).

2. Oratio cultus animi est: si circumtonsa est et fucata et manu facta, ostendit illum quoque non esse sincerum et habere aliquid fracti.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 115.2 (O. Hense ed., p.556).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.85va-vb):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 3. **Arma non seruant modum. Nec temperari facile nec reprimi potest Stricti ensis ira.**¹ In troade capitulo 4. **Moderata durant.**² Idem epistolarum ad lucillum libro 4. epistola i. **Omnis virtus est in modo. Modus certa mensura est.**³ Libro 11. epistola 3. et finali. **Nunquam perniosa seruant modum.**⁴ Libro 14. epistola 2. **Nunquam immoderata durant: nisi illa moderatrix ratio conpescuit.**⁵ Idem de beneficiis libro 2. **Eque peccat qui excedit quam qui deficit.**⁶ Idem de tranquillitate animi. **Uiciosum est vbique quod nimium est.**⁷

1. Arma non seruant modum; / nec temperari facile nec reprimi potest /stricti ensis ira,
bella delectat cruor.

Seneca, *Hercules furens*, 403-405 (R. Peiper & G. Richter eds., p.17).

2. Violenta nemo imperia continuit diu, / moderata durant; quoque fortuna altius / evexit
ac levavit humanas opes, / hoc se magis suppressere felicem decet / variosque casus
tremere metuentem deos / nimium faventes.

Seneca, *Troades*, 258-263 (R. Peiper & G. Richter eds., p.66).

3. Omnis in modo est virtus. Modo certa mensura est: constantia non habet, quo procedat,
non magis quam fiducia aut veritas aut fides.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 66.9 (O. Hense ed., p.212).

4. Numquam perniosa servant modum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 85.12 (O. Hense ed., p.337).

5. Nec umquam inmodica durarunt, nisi illa moderatrix ratio conpescuit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 74.19 (O. Hense ed., p.266).

6. Si illum accipere hoc non decet, nec te dare; habetur personarum ac dignitatum portio
et, cum sit ubique virtus modus, aeque peccat, quod excedit, quam quod deficit.

Seneca, *De beneficiis*, 2.15.1 (E. Hosius ed., p.32).

7. Vitiosum est ubique, quod nimium est.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 9.6 (E. Hermes ed., p.262).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 2: De medio et extremis (fol.86va):

Seneca tragediarum in hercule ethero capitulo 6. **Quisquis medium defugit iter. Stabili nunquam tramite curret.**

Quisquis medium defugit iter / stabili numquam tramite currit: / dum petit unum praebere
diem / patrioque puer constitit axe / nec per solitum decurrit iter, / sed phoebeis ignota
petens / sidera flammis errante rota, / se cum pariter perdidit orbem.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 675-82 (R. Peiper & G. Richter eds., p.344).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 3: De modo exigentie cuiuscunque proportionalitatis seu conformitatis (fol.86va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 19. epistola 2. **Aptari corpus viribus debet nec plus occupari quam cui sufficere possumus.**¹ Idem de tranquillitate animi: **Necesse est opprimant onera que ferente maiora sunt.**²

1. Aptari onus viribus debet nec plus occupari quam cui sufficere possimus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 108.2 (O. Hense ed., p.514).

2. Aestimanda sunt deinde ipsa, quae adgredimur, et vires nostrae cum rebus, quas temptaturi sumus, comparandae; debet enim semper plus esse virium in actore quam in opere: necesse est opprimant onera, quae ferente maiora sunt.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 6.3 (E. Hermes ed., p.256).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 4: De paucitatis acceptabilitate et reprobatione multitudinis (fol.87ra):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. capitulo 2. **Distrahit librorum multitudo: itaque cum legere non possis quantum habueris satis est habere quantum legas.**¹ Libro 6. capitulo 3. **Lectio crebra prodest vana delectat.**² Idem de tranquillitate animi. **Onerat discentem turba librorum: non instituit multoque satius est paucis te auctoribus tradere quam errare per multos.**³ Idem de beneficiis libro 5. **Solet plus prodesse si pauca precepta sapientie teneas: sed illa in promptu et in usu tibi sint: quam si multa quidem didiceris: sed illa non habeas ad manum.**⁴ Idem de consolatione ad elbiam matrem: **Cupiditati nihil satis est: nature satis est etiam parum.**⁵ **Necessariis rebus exilia sufficiunt: supervacuis non regna.**⁶ Idem de beata vita. **Argumentum pessimi turba est.**⁷

1. Distinguit librorum multitudo. Itaque cum legere non possis, quantum habueris, satis est habere, quantum legas.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 2.3 (O. Hense ed., p.3).

2. Non refert, quam multos, sed quam bonos habeas: lectio certa prodest, varia delectat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 45.1 (O. Hense ed., p.133).

3. Quo innumerabiles libros et bybliotheas, quarum dominus vix tota vita indices perlegit. Onerat discentem turba, non instruit, multoque satius est paucis te auctoribus tradere, quam errare per multos.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 9.4 (E. Hermes ed., p.262).

4. Egregie enim hoc dicere demetrius cynicus, vir meo iudicio magnus, etiam si maximis comparetur, solet plus prodesse, si pauca praecepta sapientiae teneas, sed illa in promptu tibi et in usu sint, quam si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum.

Seneca, *De beneficiis*, 7.1.3 (E. Hosius ed., p.180).

5. Cupiditati nihil satis est, naturae satis est etiam parum.

Seneca, *Consolatio ad Helviam matrem*, 10.11 (E. Hermes ed., p.355).

6. Necessariis rebus et exilia sufficiunt, supervacuis nec regna.

Seneca, *Consolatio ad Helviam matrem*, 11.4 (E. Hermes ed., p.357).

7. Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant: argumentum pessimi turba est.

Seneca, *De uita beata*, 2.1 (E. Hermes ed., p.197).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 7: De acceptabilitate temporis et sociorum (fol.87vb):

Seneca tragediarum in medea capitulo 3. **Tempori aptari decet.**

NVTRIX: Compesce verba, parce iam, demens, minis / animosque minue: tempori aptari decet.

Seneca, *Medea*, 174-175 (R. Peiper & G. Richter eds., p.125).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 8: De modo celeritatis dilationis et more (fol.88rb):

Seneca tragediarum in epido capitulo 10. **Quid verba queris: veritas odit moras.**¹ Idem epistolarum ad lucillum libro 5. epistola 11. et finali. **Nihil ordinatum est quod precipitatur et properat.**² Idem declamationum seu ciuilium causarum libro 7. capitulo 7. **Affectus non sustinet moram.**³ Idem in prouerbiis. **Etiam celeritas in desiderio mora est.**⁴ **Ad penitendum properat qui cito iudicat.**⁵ **In iudicando criminosa est celeritas.**⁶ **Mora omnis odio est: sed sapientem facit.**⁷

1. quid verba queris? veritas odit moras.

Seneca, *Oedipus*, 850 (R. Peiper & G. Richter ed., p.233).

2. Hoc non probo in philosopho, cuius pronuntiatio quoque, sicut vita, debet esse composita: nihil autem ordinatum est, quod praecipitatur et properat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 40.2 (O. Hense ed., p.120).

3. Si tibi dicam: ‘Expecta, dum legati mittantur; filius tibi publice redimetur,’ dices: ‘Paternus adfectus non sustinet moram, rapit me desiderium fili.’

Seneca Rhetor, *Controuersiae*, 7.7.7 (L. Hakanson ed., p.213).

4. Etiam celeritas in desiderio mora est.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 149 (W. Meyer ed., p.28).

5. Ad paenitendum properat, cito qui iudicat.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 32 (W. Meyer ed., p.19).

6. In iudicando criminosa est celeritas.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 254 (W. Meyer ed., p.36).

7. Mora omnis odio est, sed facit sapientiam.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 311 (W. Meyer ed., p.40).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 9: De serotinis et tempestiuis (fol.88vb):

Seneca tragediarum inueste capitulo 5. **Serum est cauendi tempus in mediis malis.**¹ In argumentatione capitulo 4. **Sera nunquam est ad bonos mores via.**²

1. THYESTES: serum est cavendi tempus in mediis malis: / eatur.

Seneca, *Thyestes*, 486-487 (R. Peiper & G. Richter eds., p.297).

2. CLYTEMESTRA: Amor iugalis vincit ac flectit retro: / referamur illuc, unde non decuit prius / abire; sed nunc casta repetatur fides, / nam sera numquam est ad bonos mores via: / quem paenitet peccasse paene est innocens.

Seneca, *Agamemno*, 239-243 (R. Peiper & G. Richter eds., p.251).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 11: De sufficientia sacietate et insacietate (fol.89ra):

Seneca de consolatione: **Cupiditati nihil satis est: nature satis est etiam parum.**¹ **Quicquid desiderio quod non ex inopia: sed vitio nascitur congeris: non finis erit cupiditas sed gradus.**² Idem epistolarum ad lucillum libro 10. epistola 4. **Nemo est cui felicitas sua etiam si cursu eveniat satisfaciat.**³

1. Cupiditati nihil satis est, naturae satis est etiam parum.

Seneca, *Consolatio ad Helviam matrem*, 10.11 (E. Hermes ed., p.355).

2. Nec hoc in pecunia tantum aut alimentis evenit; eadem natura est in omni desiderio, quod modo non ex inopia, sed ex vitio nascitur: quidquid illi congeris, non finis erit cupiditatis, sed gradus.

Seneca, *Consolatio ad Helviam matrem*, 11.4 (E. Hermes ed., p.356).

3. Nemo enim est, cui felicitas sua, etiam si cursu venit, satis faciat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 115.17 (O. Hense ed., p.560).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 1: De diuitiarum proficuo et nocumento paupertatis (fol.89vb):

Seneca de remediis fortuitorum capitulo 21. et finali. **Patrimonio iam ipsa nobilitas primo loco cessit.**

Inuenies [similem], si nihil quaeris nisi bonam uxorem; tu modo ne imagines proavosque respexeris nec patrimonium, cui iam ipsa nobilitas primo loco cessit.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 16.6 (F. Haase ed., p.457).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 2: De paupertatis proficuo et molestia ac illaudatione diuitiarum (fol.90va):

Seneca tragediarum in hercule hetho capitulo 6. **O si pateant pectora ditum. Quantos intus sublimis agit Fortuna metus. Pectora pauper secure gerit.**¹ **Nec sibi pauper felix habetur: Nisi felices cecidisse videret.**² Idem epistolarum ad lucillum libro 3. epistola 3. **Si vis vacare animo: vt pauper sis oportet aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine fragilitatis cura: fragilitas autem paupertas voluntaria est.**³ 4. epistola. **Nemo alius est deo dignus quam qui opes contempsit: quarum possessionem tibi non interdico: sed efficere volo vt illas intrepide possideas: quod vno consequeris modo si te etiam sine illis beate victurum persuaseris tibi: si illas tanquam exituras semper aspexeris.**⁴ 6. capitulo. **Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio.**⁵ Libro 12. epistola 2. et finali. **Diuitie inflant animos: superbiam pariunt: inuidiam contrahunt.**⁶ **Diuitie insolentiam dant: nihil est aliud insolentia quam spes false magnitudinis.**⁷ Idem de remedio fortuitorum capitulo 13. **Diuitem multi comitantur: mel musce sequuntur: cadauera lupi: frumenta formice: predam sequuntur ista turba non hominem.**⁸ Idem de paupertate: **Ad hoc vnum est amanda paupertas quod a quibus ameris ostendat.**⁹

1. O si pateant pectora ditum. / Quantos intus sublimis agit / fortuna metus. Bruttia coro / pulsante fretum lenior unda est; / pectora pauper secure gerit.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 648-52 (R. Peiper & G. Richter eds., p.343).

2. Sequitur dira lampade erinys / quarum populi coluere diem, / nec sibi felix pauper habetur / nisi felices cecidisse videt.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 671-74 (R. Peiper & G. Richter eds., p.343).

3. Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura; frugalitas autem paupertas voluntaria est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 17.5 (O. Hense ed., p.51).

4. Nemo alius est deo dignus quam qui opes contempsit. Quarum possessionem tibi non interdico, sed efficere volo, ut illas intrepide possideas: quod uno consequeris modo, si te etiam sine illis beate victurum persuaseris tibi, si illas tanquam exituras semper aspexeris.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 18.13 (O. Hense ed., p.57).

5. Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio; magnus ille, qui in diuitiis pauper est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 20.10 (O. Hense ed., p.64).

6. Hanc praecedentem causam divitiae habent: inflant animos, superbiam pariunt, invidiam contrahunt et usque eo mentem alienant, ut fama pecuniae nos etiam nocitura delectet.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 87.31 (O. Hense ed., p.359).

7. Quae bona sunt, magnitudinem animi dant, divitiae insolentiam. Nihil autem aliud est insolentia quam species magnitudinis falsa.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 87.32 (O. Hense ed., p.360).

8. “Multi illum comitantur.” Mel muscae sequuntur, cadaversa lupi, frumenta formicae; praedam sequitur ista turba, non hominem.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 10.4 (F. Haase ed., p.451).

9. Non est autem vel ob hoc unum amanda paupertas, quod a quibus ameris ostendet.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 20.7 (O. Hense ed., p.63).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 3: De lucro et acquisitione diuitiarum (fol.91rb):

Seneca tragediarum in hercule etho capitulo 2. **Commoda cladibus Magnis magna patent.**¹
Idem epistolarum ad lucillum libro 3. epistola 3. **Repraesentat opes sapientia.**² Libro 12. epistola
2. et finali. **Ex multis paupertatibus diuitie fiunt.**³

1. Commoda cladibus / magnis magna patent; nil superest mali: / iratum miserae vidimus
herculem.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 170-72 (R. Peiper & G. Richter eds., p.327).

2. Repraesentat opes sapientia, quas cuicumque fecit supervacuas, dedit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 17.10 (O. Hense ed., p.53).

3. Ex multis paupertatibus diuitiae fiunt: ergo diuitiae bonum non sunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 87.38 (O. Hense ed., p.361).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 5: De rapina et furto et quacunque ablatione alieni (fol.92ra):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 14. epistola 2. **Nulli cui rapina feliciter cessit: gaudium rapti duravit in posterum.**

Nulli vero etiam cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti duravit in posterum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 74.4 (O. Hense ed., p.262).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 9: De damno et amissione diuitiarum (fol.92vb):

Seneca de tranquillitate animi: **Tolerabilius est non acquirere quam amittere.**¹ Idem tragediarum in hercule etheo capitulo 2. **Commoda cladibus Magna magna patent.**²

1. Tolerabilius autem est, ut dixi, facilius que non acquirere quam amittere, ideoque laetiores videbis, quos numquam fortuna respexit, quam quos deseruit.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 8.3 (E. Hermes ed., p.259).

2. Commoda cladibus / magnis magna patent; nil superest mali: / iratum miserae vidimus herculem.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 170-72 (R. Peiper & G. Richter eds., p.327).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 11: De tranquillitate et inquietudine animi circa diuitias et paupertatem (fol.93rb-va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. capitulo 2. **Non qui parum habet: sed qui plus cupit pauper est.**¹ 3. epistola. **Magne diuitie sunt lege nature composita paupertas. Parabile est quod natura desiderat. Ad manum est quod satis est.**² Libro 3. epistola 2. **Si ad naturam viues nunquam eris pauper. Si ad opiniones nunquam eris diues; exiguum natura desiderat: opinio immensum.**³ **Qui cum paupertate bene conuenit diues est.**⁴ **Exerceamur ad paululum: et ne imparatos fortuna deprehendat: fiat vobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus si sciuerimus quam non sit graues pauperes esse.**⁵ 7. epistola et finali. **Si vis diues fieri: non pecunie adiiciendum: cupiditatibus detrahendum est.**⁶ Libro 4. epistola 6. **Diuitie sunt ad legem nature composita paupertas.**⁷ Libro 20. et finali epistola 2. **Qui se ad id quod exigit natura composuit: non tantum extra sensum paupertatis est: sed extra metum.**⁸ **Qui multum habet plus cupit.**⁹ **Neminem pecunia diuitem facit: Immo etiam nulli non maiorem sui cupiditatem incussit.**¹⁰ 6. epistola. **Paupertas nulli mala est nisi repugnanti.**¹¹

1. Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 2.6 (O. Hense ed., p.4).

2. Magnae diuitiae sunt lege naturae composita paupertas. Lex autem illa naturae scis quos nobis terminos statuatur? non esurire, non sitire, non algere. Ut famem sitim que depellas, non est necesse superbis adsidere liminibus nec supercilium grave et contumeliosam etiam humanitatem pati, non est necesse maria temptare nec sequi castra: parabile est, quod natura desiderat, et adpositum. Ad supervacua sudatur. Illa sunt, quae togam conterunt, quae nos senescere sub tentorio cogunt, quae in aliena litora inpingunt: ad manum est, quod sat est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 4.10-11 (O. Hense ed., p.9).

3. Istuc quoque ab epicuro dictum est: 'Si ad naturam viues, numquam eris pauper: si ad opiniones, numquam eris diues.' Exiguum natura desiderat, opinio immensum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 16.7 (O. Hense ed., p.49).

4. Cui cum paupertate bene conuenit, diues est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 4.11 (O. Hense ed., p.9).

5. Exerceamur ad palum. Et ne inparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus, si scierimus, quam non sit grave pauperes esse.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 18.8 (O. Hense ed., p.56).

6. 'Si vis' inquit 'pythoclea divitem facere, non pecuniae adiciendum, sed cupiditati detrahendum est.'

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 21.7 (O. Hense ed., p.67).

7. Sed accipe iam quod debeo et vale divitiae sunt ad legem naturae composita paupertas.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 27.9 (O. Hense ed., p.91).

8. At hic, qui se ad <id>, quod exigit natura, composuit, non tantum extra sensum est paupertatis, sed extra metum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 119.10 (O. Hense ed., p.579).

9. Qui multum habet, plus cupit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 119.6 (O. Hense ed., p.578).

10. Neminem pecunia divitem fecit, immo contra nulli non maiorem sui cupidinem incussit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 119.9 (O. Hense ed., p.579).

11. Paupertas nulli malum est nisi repugnanti.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 123.16 (O. Hense ed., p.606).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 13: De modo diuitiarum capiendarum et habendarum (fol.93vb):

Seneca de tranquillitate animi. **Optimus pecunie modus est qui nec in paupertatem cadit nec procul a paupertate recedit.**

Habiliora sunt corpora in bello illa, quae in arma sua contrahi possunt, quam quae superfunduntur et undique magnitudo sua volneribus obicit: optimus pecuniae modus est, qui nec in paupertatem cadit, nec procul a paupertate discedit.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 8.9 (E. Hermes ed., p.260).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.94ra):

Seneca in epistolis ad lucillum libro 7. epistola i. **Nemo se auarum esse intelligit neque cupidum.**¹ Libro 6. epistola 2. **Auarus quomodo pecunia vtendum sit non exaudit.**² **Auarus animus nullo saciatur lucro.**³ Libro 19. epistola 2. **Desunt inopie multa: auaritie omnia. In nullum auarus bonus est: in se pessimus.**⁴ 9. epistola. **Nulla auaritia sine pena est.**⁵ Libro 20. et finali epistola 2. **Qui multum habet plus cupit.**⁶ **Neminem pecunia diuitem fecit. Imo etiam nulli non maiorem sui cupiditatem incussit.**⁷ 6. epistola. **Quanta dementia est heredis sui res procurare: et sibi denegare omnia.**⁸ Idem de breuitate vite: **Solius temporis honesta auaritia est.**⁹ Idem de consolatione ad helbiam matrem: **Auaritia est vehementissima humani generis pestis.**¹⁰ **Cupiditati nihil satis est: nature satis est etiam parum.**¹¹ **Quicquid desiderio quod non ex inopia sed vitio nascitur congesseris: non finis erit cupiditatis: sed gradus.**¹² Idem de naturalibus questionis libro i. **Auaritia quicquid omnibus abstulit sibi ipsi negat.**¹³ Idem in prouerbiis: **Negandi causa auaro nunquam deficit.**¹⁴

1. Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat tibi: nemo se auarum esse intellegit, nemo cupidum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 50.3 (O. Hense ed., p.151).

2. Nisi opiniones falsas, quibus laboramus, expuleris, nec auarus, quomodo pecunia utendum sit, exaudit, nec timidus, quomodo periculosa contemnat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.6 (O. Hense ed., p.419).

3. Velut his breuissimis vocibus, sed multum habentibus ponderis: ‘Nil nimis,’ auarus animus nullo satiatur lucro, ‘ab alio exspectes, alteri quod feceris.’

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 94.43 (O. Hense ed., p.429).

4. Desunt inopiae multa, auaritia omnia. In nullum auarus bonus est, in se pessimus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 108.9 (O. Hense ed., p.516).

5. Nulla enim auaritia sine poena est, quamvis satis sit ipsa poenarum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 115.16 (O. Hense ed., p.560).

6. Qui multum habet, plus cupit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 119.6 (O. Hense ed., p.578).

7. Neminem pecunia diuitem fecit, immo contra nulli non maiorem sui cupidinem incussit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 119. 9 (O. Hense ed., p.579).

8. Quanta dementia est heredis sui res procurare et sibi negare omnia, ut tibi ex amico inimicum magna faciat hereditas.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 123.11 (O. Hense ed., p.604).

9. Adstricti sunt in continendo patrimonio, simul ad iacturam temporis ventum est, profusissimi in eo, cuius unius honesta avaritia est.

Seneca, *De breuitate uitae*, 3.1 (E. Hermes ed., p.282).

10. Si avaritia dimisit, vehementissima generis humani pestis, moram tibi ambitio non faciet; si ultimum diem non quasi poenam, sed quasi naturae legem aspicias, ex quo pectore metum mortis eieceris, in id nullius rei timor audebit intrare; si cogitas libidinem non voluptatis causa homini datam, sed propagandi generis, quem non violaverit hoc secretum et infixum visceribus ipsis exitium, omnis alia cupiditas intactum praeteribit.

Seneca, *Consolatio ad Heluiam matrem*, 13.2 (E. Hermes ed., p.359).

11. Cupiditati nihil satis est, naturae satis est etiam parum.

Seneca, *Consolatio ad Heluiam matrem*, 10.11 (E. Hermes ed., p.355).

12. Nec hoc in pecunia tantum aut alimentis evenit; eadem natura est in omni desiderio, quod modo non ex inopia, sed ex vitio nascitur: quidquid illi congesseris, non finis erit cupiditatis, sed gradus.

Seneca, *Consolatio ad Heluiam matrem*, 11.4 (E. Hermes ed., p.356).

13. Non est tibi frons ficta, nec in alienam uoluntatem sermo compositus, nec cor inuolutum, nec auaritia quae quidquid omnibus abstulit sibi ipsi neget, nec luxuria pecuniam turpiter perdens quam turpius reparet, nec ambitio quae te ad dignitatem nisi per indigna non ducet?

Seneca, *Naturales quaestiones*, 1.praef.6 (H.M. Hine ed., p.4).

14. Negandi causa auarum numquam deficit.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 386 (W. Meyer ed., p.44).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 15: De fruitione pecunie (fol.95rb):

Seneca de beata vita: **Diuitie apud sapientem virum in seruitute sunt: apud stultum in imperio.**

Plurimum: divitiae enim apud sapientem virum in seruitute sunt, apud stultum in imperio; sapiens divitiis nihil permittit, vobis divitiae omnia; vos, tamquam aliquis vobis aeternam possessionem earum promiserit, adsuescitis illis et cohaeretis, sapiens tunc maxime paupertatem meditatatur, cum in mediis divitiis constitit.

Seneca, *De uita beata*, 26.1 (E. Hermes ed., p.226).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 16: De parsimonia seu parcitate: largitate et prodigalitate id est de modo expensarum (fol.95vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. capitulo i. **Sera parsimonia in fundo est.**¹ Idem de beneficiis libro 2. **Parsimonia est scientia vitandi sumptus et cultus superuacuos.**² Idem de tranquillitate animi: **Sine parsimonia nulle opes sufficiunt.**³

1. Nam ut visum est maioribus nostris, sera parsimonia in fundo est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 1.5 (O. Hense ed., p.2).

2. Parsimonia est scientia vitandi sumptus supervacuos aut ars re familiari moderate utendi; parcissimum tamen hominem vocamus pusilli animi et contracti, cum infinitum intersit inter modum et angustias.

Seneca, *De beneficiis*, 2.34.4 (E. Hosius ed., p.49).

3. Placebit autem haec nobis mensura, si prius parsimonia placuerit, sine qua nec ullae opes sufficiunt, nec ullae non satis patent, praesertim cum in vicino remedium sit et possit ipsa paupertas in divitias se advocata frugalitate convertere.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 9.1 (E. Hermes ed., p.260).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 1: De potentioribus et impotentioribus (fol.96rb):

Seneca tragediarum in medea capitulo 6. **Nemo potentes aggredi tutus potest.**¹ Idem epistolarum ad lucillum libro 2. epistola 5. **Sapiens nunquam potentum iram prouocabit: immo et declinabit iram aliter quam in nauigando procellam.**²

1. NVTRIX: Quam multa sint timenda, si perstas, vide: / nemo potentes aggredi tutus potest.

Seneca, *Medea*, 429-430 (R. Peiper & G. Richter eds., p.133).

2. Itaque sapiens numquam potentium iras prouocabit, immo nec declinabit, non aliter quam in nauigando procellam.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 14.7 (O. Hense ed., p.41).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 2: De imperio et potestate et dominatione priuatorum (fol.97ra):

Seneca tragediarum in tyeste capitulo 5. **Nec abnuendum si dat imperium deus. Nec appetendum.**¹ Idem in epistolis ad lucillum libro 19. epistola 7. **Imperare sibi maximum imperium est.**²

1. TANTALVS: Nec abnuendum, si dat imperium deus, / nec appetendum est: frater ut regnes rogat.

Seneca, *Thyestes*, 471-472 (R. Peiper & G. Richter eds., p.296).

2. Imperare sibi maximum imperium est: doceat me, quam sacra res sit iustitia alienum bonum spectans, nihil ex se petens nisi usum sui.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 113.30 (O. Hense ed., p.546).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 3: De humilitate: seu mititate superbia elatione et fastu (fol.97vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 2. epistola 2. et finali. **Diuitie inflant animos: superbiam pariunt: inuidiam attrahunt at contrahunt.**¹ Idem tragediarum in troha capitulo 4. **Quo fortuna altius Euexit ac leuauit humanas opes: Hoc se magis suppressere felicem decet.**² In octauia capitulo 4. **Uince obsequendo potius imitem virum.**³

1. Hanc praecedentem causam diuitiae habent: inflan animos, superbiam pariunt, inuidiam contrahunt et usque eo mentem alienant, ut fama pecuniae nos etiam nocitura delectet.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 87.31 (O. Hense ed., p.359).

2. Violenta nemo imperia continuit diu, / moderata durant; quoque fortuna altius / evexit ac levavit humanas opes, / hoc se magis suppressere felicem decet / variosque casus tremere metuentem deos / nimium faventes.

Seneca, *Troades*, 258-263 (R. Peiper & G. Richter eds., p.66).

3. NVTRIX: Vince obsequendo potius imitem virum.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 177 (R. Peiper & G. Richter eds., p.403).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 4: De arrogantia iactantia insolentia et vanagloria (fol.98rb):

Seneca epistolarum ad Lucillum libro 12. epistola 2. et finali. **Diuitie insolentiam dant: nihil est aliud insolentia quam spes false magnitudinis.**¹ Idem de remedio fortuitorum capitulo 21. et finali. **Facilius reges animum nulla vanitate rerum tumentium.**² Seneca de ira libro i. **In ruinam prona sunt quae sine fundamentis crevere.**³

1. Quae bona sunt, magnitudinem animi dant, diuitiae insolentiam. Nihil autem aliud est insolentia quam species magnitudinis falsa.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 87.32 (O. Hense ed., p.360).

2. Ista diu cum forma repugnabunt; facilius reges animum nulla vanitate [rerum] tumentium.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 16.6 (F. Haase ed., p.456).

3. Omnes, quos vecors animus supra cogitationes extollit humanas, altum quiddam et sublime spirare se credunt: ceterum nil solidi subest, sed in ruinam prona sunt quae sine fundamentis crevere.

Seneca, *De ira*, 1, 20, 2 (E. Hermes ed., p.68).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 8: De terribilitate et metu (fol.99rb):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 3. **Opprimit leges timor.**¹ In octauia capitulo 10. **Decet timeri cesarem: At plus diligi.**² **Idem epistolarum ad lucillum libro 18. epistola 5. Timeri tam domi quam foris molestum est: tam a seruis quam a liberis. Nemo potest terribilis esse secure.**³ Idem de ira libro 2. **Periculosius est timeri quam despici.**⁴ **Necesse est vt multos timeat quem multi timent.**⁵

1. Sensere terrae pacis auctorem suae / abesse tristes: prosperum ac felix scelus / virtus vocatur; sontibus parent boni, / ius est in armis, opprimit leges timor.

Seneca, *Hercules furens*, 250-253 (R. Peiper & G. Richter eds., p.12).

2. NERO: Decet timeri caesarem. SENECA: At plus diligi.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 457 (R. Peiper & G. Richter eds., p.412).

3. Timeri autem tam domi molestum est quam foris, tam a seruis quam a liberis. Nulli non ad nocendum satis virium est. Adice nunc, quod qui timetur, timet. Nemo potuit terribilis esse secure.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 105.4 (O. Hense ed., pp.506-7).

4. Primum ira, si quantum minatur valet, ob hoc ipsum quod terribilis est et inuisa est; periculosius est autem timeri quam despici.

Seneca, *De ira*, 2.11.1 (E. Hermes ed., p.82).

5. Occurrat hoc loco tibi laberianus ille versus, qui medio civili bello in theatro dictus totum in se populum non aliter convertit, quam si missa esset vox publici adfectus: necesse est multos timeat quem multi timent.

Seneca, *De ira*, 2.11.3 (E. Hermes ed., p.82).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 9: De libertate et seruitute dominis et seruis (fol.99vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. epistola 7. et finali. **Philosophie seruias vt tibi contingat vera libertas.**¹ Libro 6. epistola 5. **Arrogantie prouerbium vocatur totidem hostes esse quot seruos: non habemus hostes illos: sed facimus.**² **Uiue clementer cum seruo comitemque et in sermone illum admitte et in consilium et in conuicium.**³ **Colant serui tui te potius quam timeant.**⁴ Libro 7. epistola 8. **Qui imperia liberis excipit: partem acerbissimam seruitutis effugit. Non qui iussus aliquid facit miser: sed qui inuitus facit.**⁵

1. Id non de meo fiet: adhuc epicurum complicamus, cuius hanc vocem hodierno die legi: 'Philosophiae seruias oportet, ut tibi contingat vera libertas.'

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 8.7 (O. Hense ed., p.18).

2. Deinde eiusdem arrogantiae prouerbium iactatur, totidem. Hostes esse quot seruos. Non habemus illos hostes, sed facimus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 47.5 (O. Hense ed., p.138).

3. Vive cum seruo clementer, comiter quoque, et in sermonem illum admitte et in consilium et in conuictum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 47.13 (O. Hense ed., p.140).

4. Quare non est quod fastidiosi isti te deterreant, quo minus seruis tuis hilarem te praestes et non superbe superiorem: colant potius te quam timeant.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 47.17 (O. Hense ed., p.142).

5. Ita dico: qui imperia libens excipit, partem acerbissimam seruitutis effugit, facere quod nolit. Non qui iussus aliquid facit, miser est, set qui inuitus facit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 61.3 (O. Hense ed., p.195).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 10: De famulis et domesticis (fol.100ra):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 18. epistola 5. **Timeri tam domi quam foris molestum est: tam a seruis quam a liberis.**¹ Idem de breuitate vite: **Eorum miserrima est conditio: qui nec suis quidem laborant occupationibus: ad alienum dormiunt sonum: ad alienum ambulant gradum: ad alienum comedunt appetitum.**²

1. Timeri autem tam domi molestum est quam foris, tam a seruis quam a liberis.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 105.4 (O. Hense ed., p.506).

2. Omnium quidem occupatorum conditio misera est, eorum tamen miserrima, qui ne suis quidem laborant occupationibus, ad alienum dormiunt somnum, ad alienum ambulant gradum, amare et odisse, res omnium liberrimas, iubentur.

Seneca, *De breuitate uitae*, 19.3 (E. Hermes ed., p.308).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 11: De nobilitate et ignobilitate (fol.100rb):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 3. **Qui genus iactat suum: Aliena laudat.**¹ Idem epistolarum ad lucillum libro 5. epistola 10. **Habet ipse hoc optimum generosus animus quod concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant et sordida.**² Idem de moribus: **Nobilitas est hominis generosus animus.**³

1. LYCVS: Urbis regens opulenta thebanae loca / et omne quicquid uberi cingit solo / obliqua phocis, quicquid ismenos rigat, / quicquid cithaeron vertice excelso videt, / [et bina findens isthmus exilis freta] / non vetera patriae iura possideo domus / ignavus heres; nobiles non sunt mihi / avi nec altis inclitum titulis genus, / sed clara virtus: qui genus iactat suum, / aliena laudat.

Seneca, *Hercules furens*, 332-341 (R. Peiper & G. Richter eds., p.14).

2. Habet enim hoc optimum in se generosus animus, quod concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant et sordida: magnarum rerum species ad se vocat et extollit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 39.2 (O. Hense ed., p.118).

3. Nobilitas animi est generositas sensus; nobilitas corporis, generosus animus.

Martinus Bracaraensis, *Libellus de moribus*, 4 (PL 72, col.30D).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 13: De laude et commendatione (fol.101ra):

Seneca in epistolis ad Lucillum libro 7. epistola 4. **Quid letaris quod ab hominibus his laudatus es quos non potes ipse laudare.**¹ **Qualis quisque sit sciens si quemadmodum laudet aspexeris.**² Libro. 18. epistola 2. **Magnificum est laudari a laudato viro laude digno.**³ **Merentem laudare iustitia est.**⁴ Idem de tranquillitate animi: **Qui non inter laudantium blandientiumque positus greges plurimum: inde sibi ipsi ipse assentatus est.**⁵ Idem de remediis fortuitorum capitulo 8. **Displicere malis laudari est.**⁶ Idem de moribus: **Neminem cito laudaveris: neminem cito accusaveris.**⁷

1. Quid laetaris, quod ab hominibus his laudatus es, quos non potes ipse laudare?

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 52.11 (O. Hense ed., p.159).

2. Illa enim in apertum per notas exeunt: qualis quisque sit, scies, si quemadmodum laudet, quemadmodum laudetur, aspexeris.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 52.12 (O. Hense ed., p.160).

3. Cum tragicus ille apud nos ait magnificum esse □laudari a laudato viro, □ laude digno ait.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 102.16 (O. Hense ed., p.489).

4. Merentem laudare iustitia est: ergo utriusque bonum est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 102.19 (O. Hense ed., p.490).

5. Quis non inter laudantium blandientiumque positus greges plurimum tamen sibi ipse adsentatus est.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 1.16 (E. Hermes ed., p.246).

6. Sed mali moverer, si de me Marcus [Cicero, si] Cato, si Laelius sapiens, si alter Cato, si Scipiones duo ista loquerentur: nunc malis displicere laudari est.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 7.1 (F. Haase ed., p.450).

7. Neminem laudaveris, neminem cito accusaris: semper puta te cum diis testimonium dicere.

Martinus Bracarenensis, *Libellus de moribus*, 4 (PL 72, col.30D).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 14: De fama seu estimatione laudabilis et infamia (fol.101vb):

Seneca in epistolis ad Lucillum libro 15. epistola 4. **Quanta dementia est vereri: ne infamieris ab infamibus.**¹ Idem de clementia. **Nulli magis curandum est qualem famam habeat quam qualemcumque meruerit.**²

1. Quanta dementia est vereri, ne infamieris ab infamibus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 91.20 (O. Hense ed., p.403).

2. Alia condicio est eorum, qui in turba, quam non excedunt, latent, quorum et virtutes, ut adpareant, diu luctantur et vitia tenebras habent; vestra facta dictaque rumor excipit, et ideo nullis magis curandum est, qualem famam habeant, quam qui, qualemcumque meruerint, magnam habituri sunt.

Seneca, *De clementia*, 1.8.1 (E. Hosius ed., p.220).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 15: De gloria dignitate ambitione honore et vituperio (fol.102va-vb):

Seneca in epistolis ad lucillum libro 8. epistola i. **Ille que temere laudantur et vulgi sententia bona sunt: inflant inanibus letos.**¹ Idem in prouerbiis: **Loco ignominie est apud indignum dignitas.**²

1. Ita est, mi lucili: quicquid vera ratio commendat, solidum et aeternum est, firmat animum attollitque semper futurum in excelso: illa quae temere laudantur et vulgi sententia bona sunt, inflant inanibus laetos; rursus ea, quae timentur tamquam mala, iniciunt formidinem mentibus et illas non aliter quam animalia species periculi agitant.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 66.31 (O. Hense ed., p.219).

2. Loco ignominiae est apud indignum dignitas.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 292 (W. Meyer ed., p.39).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 17: De obsequio et resistentia (fol.103va):

Seneca in prouerbiis. **Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat.**

Bonus animus numquam erranti obsequium commodat.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 57 (W. Meyer ed., p.21).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 1: De delectatione (fol.104va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 7. epistola 3. **Effeminat animos amenitas nimia.**¹ Idem de tranquillitate animi: **Aliquando insanire iocundum est.**²

1. Effeminat animos amoenitas nimia nec dubie aliquid ad corrumpendum vigorem potest regio.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 51.10 (O. Hense ed., p.155).

2. Nam sive graeco poetae credimus 'aliquando et insanire iocundum est,' sive platoni frustra poeticas 'fores compos sui pepulit,' sive aristoteli 'nullum magnum ingenium sine mixtura dementiae fuit non potest grande aliquid et super ceteros loqui nisi mota mens.'

Seneca, *De tranquillitate animi*, 17.10 (E. Hermes ed., p.277).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 5: De gaudio petulantia et letitia (fol.105va):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 2. **Dum fata sinunt Uivite leti: properat cursu Uita citato: volucrique die Rota precipitis vertitur anni.**¹ Idem epistolarum ad lucillum libro 13. epistola 103. **Naturale est mali sui fine gaudere.**² Idem de tranquillitate animi: **Nihil eque oblectat animum quam amicitia fidelis et dulcis.**³

1. Dum fata sinunt, vivite laeti: / properat cursu vita citato / volucrique die / rota praecipitis vertitur anni; / durae peragunt pensa sorores / nec sua retro fila revolvunt.

Seneca, *Hercules furens*, 178-183 (R. Peiper & G. Richter eds., p.9).

2. Deinde quod acerbum fuit ferre, tulisse iucundum est: naturale est mali sui fine gaudere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 78.14 (O. Hense ed., p.294).

3. Nihil tamen aequae oblectaverit animum, quam amicitia fidelis et dulcis.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 7.3 (E. Hermes ed., p.257).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 9: De ludo et requie seu ocio laudabili (fol.106rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. epistola i. **Exhortationibus labor spiritum exhaurit et inhabilem intentionem ac studiis acrioribus reddit.**¹ Epistola 2. **Aptari corpus viribus debet: nec plus occupari quam cui sufficere possumus.**² Libro 19. epistola 11. et finali. **Ocium reficit sensus.**³ Idem de tranquillitate animi: **Danda est animis remissio meliores acrioresque requieti surgunt.**⁴ **Nascitur ex assiduitate laborum animorum hebetatio quedam et languor.**⁵

1. Multa secuntur incommoda huic deditos curae: primum exercitationes, quarum labor spiritum exhaurit et inhabilem intentioni ac studiis acrioribus reddit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 15.3 (O. Hense ed., p.45).

2. Aptari onus viribus debet nec plus occupari quam cui sufficere possumus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 108.2 (O. Hense ed., p.514).

3. Aegro interim nil ventura sanitas prodest, non magis quam currentem luctantemque post multos secuturum menses otium reficit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 117.26 (O. Hense ed., p.570).

4. Danda est animis remissio: meliores acrioresque requieti surgent.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 7.3 (E. Hermes ed., p.257).

5. Ut fertilibus agris non est imperandum – cito enim illos exhauriet numquam intermissa fecunditas –, ita animorum impetus adsiduus labor franget, vires recipient paulum resoluti et remissi; nascitur ex assiduitate laborum animorum hebetatio quedam et languor.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 17.5 (E. Hermes ed., p.276).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 10: De appetitu et desiderio (fol.106vb):

Seneca tragediarum in octauia capitulo 8. **Querit leti quisque sibi fugam.**¹ Idem declamationum libro 4. in prohemio. **Acutior est cupiditas ignota cognoscendi quam nota repetendi.**² Libro 7. capitulo 7. **Affectus non sustinet moram.**³ Idem in prouerbiis. **Etiam celeritas in desiderio mora est.**⁴

1. Mors ante oculos dira vagatur; / quaerit leti sibi quisque fugam; / alii lacerae puppis tabulis / haerent nudi fluctusque secant, / repetunt alii litora nantes; / multos mergunt fata profundo.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 322-327 (R. Peiper & G. Richter eds., p.407).

2. Acrior est cupiditas ignota cognoscendi quam nota repetendi.

Seneca Rhetor, *Controuersiae*, 4.praef.1 (L. Hakanson ed., p.142).

3. Si tibi dicam: 'Expecta, dum legati mittantur; filius tibi publice redimetur,' dices: 'Paternus adfectus non sustinet moram, rapit me desiderium fili.'

Seneca Rhetor, *Controuersiae*, 7.7.7 (L. Hakanson ed., p.213).

4. Etiam celeritas in desiderio mora est.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 149 (W. Meyer ed., p.28).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 11: De concupiscentia voluptatum (fol.107ra-rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 3. capitulo i. **Nos ceca cupiditas nocitura certe nunquam sanatura precipitat.**¹ 5. epistola. **Altera cupiditas ex fine alterius nascitur.**² Libro 19. epistola 4. **Nemo est cui felicitas sua etiam si cursu eueniat satisfaciat.**³ Idem de clementia: **Facit quidem nimis avidos nimia felicitas: neque tam temperate sunt cupiditates vnquam vt in ea quod contingit desinant.**⁴ Idem de breuitate vite. **Precipitat quisque vitam suam: et futuri desiderio laborat presentium tedio.**⁵ **Maximum viuendi impedimentum expectatio que pendet ex crastino.**⁶

1. Non ita est: nostra dicitur, quos caeca cupiditas in nocitura, certe nunquam satiatura praecipitat, quibus si quid satis esse posset, fuisset, qui non cogitamus, quam iucundum sit nihil poscere, quam magnificum sit plenum esse nec ex fortuna pendere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 15.9 (O. Hense ed., p.47).

2. Qualem dicimus seriem esse causarum, ex quibus nequitur fatum, talem esse – cupiditatum: altera ex fine alterius nascitur.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 19.6 (O. Hense ed., p.59).

3. Nemo enim est, cui felicitas sua, etiam si cursu venit, satis faciat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 115.17 (O. Hense ed., p.560).

4. Facit quidem avidos nimia felicitas, nec tam temperatae cupiditates sunt unquam, ut in eo, quod contingit, desinant; gradus a magnis ad maiora fit, et spes inprobissimas complectuntur insperata adsecuti; omnibus tamen nunc civibus tuis et haec confessio exprimitur esse felices et illa nihil iam his accedere bonis posse, nisi ut perpetua sint.

Seneca, *De clementia*, 1.1.7 (E. Hosius ed., p.212).

5. Praecipitat quisque vitam suam et futuri desiderio laborat, praesentium taedio.

Seneca, *De breuitate uitae*, 7.8 (E. Hermes ed., p.288).

6. Maximum vivendi impedimentum est expectatio, quae pendet ex crastino, perdit hodiernum.

Seneca, *De breuitate uitae*, 9.1-2 (E. Hermes ed., p.291).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 12: De voluptate seu libidine (fol.107va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 3. capitulo 3. **Uoluptates in tormenta vertuntur: epulae cruditatem afferunt: ebrietates neruorum torporem tremoremque libidines pedum manuum articularum omnium deprauationes.**¹ Libro 7. epistola 3. **Effeminat animos amenitas nimia.**² 5. epistola. **Debilitatem nobis indicere delitie.**³ Libro 17. epistola 2. **Omnibus crimen suum voluptati est.**⁴ Libro 19. epistola 4. **Uoluptati indulgere initium omnium malorum est.**⁵ Idem de beata vita: **Uoluptas cum maxime delectat extinguitur: non multum loci habet.**⁶ **Uoluptas non est merces nec causa virtutis: sed accessio.**⁷

1. Dic mortale tibi et fragile corpusculum esse, cui non ex iniuria tantum aut ex potentioribus viribus denuntiabitur dolor: ipsae voluptates in tormenta vertuntur, epulae cruditatem adferunt, ebrietates nervorum torporem tremoremque libidines pedum, manuum, articularum omnium depravationes.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 24.16 (O. Hense ed., p.80).

2. Effeminat animos amoenitas nimia nec dubie aliquid ad corrumpendum vigorem potest regio.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 51.10 (O. Hense ed., p.155).

3. Debilitatem nobis indixere deliciae, et quod diu nolimus, posse desiimus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 55.1 (O. Hense ed., p.167).

4. Non gaudet navigio gubernator everso, non gaudet aegro medicus elato, non gaudet orator, si patroni culpa reus cecidit, at contra omnibus crimen suum voluptati est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 97.11 (O. Hense ed., p.462).

5. Addiximus animum voluptati, cui indulgere initium omnium malorum est, tradidimus ambitioni et famae, ceteris aequae vanis et inanibus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 115.17 (O. Hense ed., p.560).

6. Summum bonum immortale est, nescit exire nec satietatem habet nec paenitentiam: numquam enim recta mens vertitur nec sibi odio est nec quicquam mutavit a vita optima; at voluptas tunc, cum maxime delectat, extinguitur; non multum loci habet, itaque cito inplet et taedio est et post primum impetum marcet.

Seneca, *De uita beata*, 7.4 (E. Hermes ed., p.202).

7. Sicut in arvo, quod segeti proscissum est, aliqui flores internascuntur, non tamen huic herbulae, quamvis delectet oculos, tantum operis insumptum est – aliud fuit serenti propositum, hoc supervenit sic voluptas non est merces nec causa virtutis sed accessio, nec quia delectat placet, sed, si placet, et delectat.

Seneca, *De uita beata*, 9.2 (E. Hermes ed., p.204).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 14: De oculorum continentia et incontinentia (fol.108rb):

Seneca de remediis fortuitorum capitulo 15. **Non intelligis partem innocentie cecitatem: hinc quidem mundum et que mundi sunt vident oculi: hinc adulterium monstrant: hinc incestum: hinc domum quam concupiscant: hic urbem: irritamenta viciorum: duces scelerum.**

non intelligis partem innocentiae esse caecitatem? huic oculi adulterium monstrant, huic incestum, huic domum quam concupiscat, huic urbem: irritamenta sunt vitiorum, duces scelerum, [fomenta malitiae].

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 12.1-2 (F. Haase ed., p.454).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 16: De saturitate crapula et ebrietate (fol.108vb-109ra):

Seneca epistolarum ad Lucillum libro 3. epistola i. **Copia ciborum subtilitas impeditur.**¹ Libro 4. epistola 3. **Epule cruditatem afferunt: ebrietates neruorum torporem tremoremque.**² Libro 7. epistola 7. **Non fames nobis ventris nostri magni constat: sed ambitio.**³ **Omne vitium ebrietas et intendit et detegit: obstante malis conatibus verecundiam remouet. Ubi possedit animum nimia vis vini quicquid mali latebat emergit.**⁴ Libro 20. et finali capitulo 5. **Merum quod natat cibo penetrat ad neruos.**⁵ 6. epistola. **Malum panem inquis expecta bonus fiet. Etiam illum tenerum tibi et filigineum famis reddit: ideo non est ante edendum quam illa imperet.**⁶

1. Deinde copia ciborum subtilitas impeditur.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 15.3 (O. Hense ed., p.45).

2. Dic mortale tibi et fragile corpusculum esse, cui non ex iniuria tantum aut ex potentioribus viribus denuntiabitur dolor: ipsae voluptates in tormenta vertuntur, epulae cruditatem adferunt, ebrietates nervorum torporem tremoremque libidines pedum, manuum, articularum omnium depravationes.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 24.16 (O. Hense ed., p.80).

3. Non fames nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 60.3 (O. Hense ed., p.194).

4. Omne vitium ebrietas et incendit et detegit, obstantem malis conatibus verecundiam removet. Plures enim pudore peccandi quam bona voluntate prohibitis abstinere. Ubi possedit animum nimia vis vini, quicquid mali latebat, emergit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 83.19-20 (O. Hense ed., p.328).

5. Hoc patres familiae rustici faciunt et verae voluptatis ignari: merum illud delectat, quod non innatat cibo, quod libere penetrat ad nervos.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 122.6 (O. Hense ed., p.597).

6. ‘Malum panem’ inquis. Exspecta: bonus fiet. Etiam illum tibi tenerum et siligineum fames reddet. Ideo non est ante edendum quam illa imperat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 123.2 (O. Hense ed., p.601).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 17: De conuiuuiis (fol.109rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 3. capitulo 5. **Ante circumspicendum est cum quibus edas et bibas: quam quid edas et bibas.**

‘Ante’ inquit ‘circumspicendum est, cum quibus edas et bibas, quam quid edas et bibas.’

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 19.10 (O. Hense ed., p.60).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 1: De venerei amoris laude (fol.109vb):

Seneca tragediarum in hyppolito capitulo 5. **Truculentus et silvester: et vite inscius. Tristem iuventam venere deserta colis.**

Truculentus et silvester ac vitae inscius / tristem iuventam venere deserta coles?

Seneca, *Phaedra*, 461-462 (R. Peiper & G. Richter, p.173).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 2: De eligibilibus personis amandis amore venereo (fol.111ra):

Seneca in prouerbiis: **Blanditia non imperio fit dulcis venus.**

Blanditia, non imperio fit dulcis Venus.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 56 (W. Meyer ed., p.21).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 3: De modis alliciendi alterius voluntatem ad se amandum amore: venereo: et de his que parant hominem libidini veneree (fol.111ra):

Seneca tragediarum in octauia capitulo 10. **Uis magna mentis blandus animi calor. Amor est: viuente gignitur luxu: ocio Nutritur inter leta fortune bona.**

SENECA: Volucrem esse amorem fingit immitem deum / mortalis error, armat et telis manus / arcuque sacras, instruit saeva face / genitumque credit venere, vulcano satum: / vis magna mentis blandus atque animi calor / amor est; iuventa gignitur, luxu otio / nutritur inter laeta fortunae bona.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 557-563 (R. Peiper & G. Richter eds., p.415).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 5: De natura venerei amoris (fol.112rb):

Seneca tragediarum in hyppolito capitulo 10. **Uincit sanctos dira libido.**¹ In octauia capitulo 9. **Luxuria pestis blanda.**² Capitulo 10. **Uis magna mentis blandus animi calor Amor est. Iuuenta gignitur luxu ocio Nutritur inter leta fortune bona. Quem si fouere atque alere desistas cadet.**³ Idem in prouerbiis. **Amor animi arbitrio sumitur non deponitur.**⁴ **Amans iratus multa mentitur sibi.**⁵ **Amans quid cupit scit: quid sapiat non videt.**⁶ **Blanditia non imperio fit dulcis venus.**⁷ **In amore semper mendax iracundia est.**⁸

1. Res humanas ordine nullo / fortuna regit sparsit que manu / munera caeca, peiora fovens; / yincit sanctos dira libido, / fraus sublimi regnat in aula.

Seneca, *Phaedra*, 978-982 (R. Peiper & G. Richter, p.190).

2. Totum per orbem, maximum exortum est malum / luxuria, pestis blanda, cui vires dedit / roburque longum tempus atque error gravis.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 427-429 (R. Peiper & G. Richter eds., p.411).

3. SENECA: Volucrum esse amorem fingit imitem deum / mortalis error, armat et telis manus / arcuque sacras, instruit saeva face / genitumque credit venere, vulcano satum: / vis magna mentis blandus atque animi calor / amor est; iuuenta gignitur, luxu otio / nutritur inter laeta fortunae bona. / Quem si fovere atque alere desistas, cadit / breuique vires perdit extinctus suas.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 557-565 (R. Peiper & G. Richter eds., pp.415-16).

4. Amor animi arbitrio sumitur, non ponitur.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 5 (W. Meyer ed., p.17).

5. Amans iratus multa mentitur sibi.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 13 (W. Meyer ed., p.18).

6. Amans quid cupiat scit, quid sapiat non videt.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 15 (W. Meyer ed., p.18).

7. Blanditia, non imperio fit dulcis Venus.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 56 (W. Meyer ed., p.21).

8. In amore semper mendax iracundia est.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 247 (W. Meyer ed., p.36).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 10: De molestia et damno amoris venerei (fol.113va):

Seneca tragediarum in octauia capitulo 9. **Luxuria pestis blanda.**¹ Idem declamationum in prohemio. **Nihil tam mortiferum ingeniis quam luxuria est.**²

1. Totum per orbem, maximum exortum est malum / luxuria, pestis blanda, cui vires dedit / roburque longum tempus atque error gravis.

Pseudo-Seneca, *Octauia*, 427-429 (R. Peiper & G. Richter eds., p.411).

2. In deterius deinde cotidie data res est sive luxu temporum – nihil enim tam mortiferum ingeniis quam luxuria est – sive, cum pretium pulcherrimae rei cecidisset, translatum est omne certamen ad turpia multo honore quaestuque vigentia, sive fato quodam, cuius maligna perpetuaque in rebus omnibus lex est, ut ad summum perducta rursus ad infimum velocius quidem quam ascenderant relabantur.

Seneca Rhetor, *Controuersiae*, 1.praef.7 (L. Hakanson ed., p.2).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 11: De exclusiuis ed adminiculatiuis amoris venerei et eius libidinis (fol.114ra-rb):

Seneca tragediarum in hyppolito capitulo 2. **Quisquis in primo obstitit. Pepulitque amorem: tutus ac victor fuit Qui blandiendo dulce nutriuit malum. Sero recusat ferre quod subiit iugum.**¹ In octauia capitulo 10. **Uis magna mentis blandus animi calor. Amor est: inuenta gignitur luxu: ocio Nutritur inter leta fortune bona. Quem si fouere atque alere desistas cadit.**²

1. {Nvtrix} Thesea coniunx, clara progenies iovis, / nefanda casto pectore exturba ocus, / extingue flammam neve te dirae spei / praebe obsequentem: quisquis in primo obstitit / pepulitque amorem, tutus ac victor fuit; / qui blandiendo dulce nutrit malum, / sero recusat ferre quod subiit iugum.

Seneca, *Phaedra*, 129-135 (R. Peiper & G. Richter, p.161).

2. SENECA: Volucrem esse amorem fingit immitem deum / mortalis error, armat et telis manus / arcuque sacras, instruit saeva face / genitumque credit venere, vulcano satum: / vis magna mentis blandus atque animi calor / amor est; iuventa gignitur, luxu otio / nutritur inter laeta fortunae bona. / Quem si fovere atque alere desistas, cadit / brevisque vires perdit extinctus suas.

Pseudo-Seneca, *Octavia*, 557-565 (R. Peiper & G. Richter eds., pp.415-16).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 2: De viciis mulierum et reprobatione earum (fol.114va):

Seneca tragediarum in hyppolito capitulo 7. **Quid sinat inausum femine preceps furor.**¹ Idem de remediis fortutitorum capitulo 21. et finali. **Quam multe diu custoditum perdiderunt decus. Nihil tam mobile quam feminarum voluntas: nihil tam vagum. Quam multe quos in adolescentia amauerunt in senectute communi reliquerunt. Quam multarum notus amor odio nocior emutatus est.**²

1. Quid sinat inausum feminae praeceps furor?

Seneca, *Phaedra*, 824 (R. Peiper & G. Richter, p.185).

2. Quam multae diu custoditam perdiderunt! Decus? Quam multae inter probra matronalis ordinis esse coeperunt inter exempla nominatarum! Delectabat te fides eius? Quam multas ex optimis coniugibus pessimas videmus! Ex diligentissimis solutissimas, ex liberalissimis rapacissimas! Omnium quidem imperitorum animus, maxime tamen in lubrico muliebris est, etiamsi bonam uxorem habuisti, non potes affirmare in illo [eam] permansuram fuisse proposito. Nihil est tam mobile quam feminarum voluntas, nihil tam vagum. Veterum matrimoniorum repudia cognovimus et foediores divortio male cohaerentium rixas. Quam multae quos in adolescentia amaverunt, in senectute communi reliquerunt! Quotiens anile divortium risimus! Quam multarum notus amor odio notiore mutatus est!

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 16.3-5 (F. Haase ed., p.456).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 3: De laude matrimonii et acceptabilitate (fol.114ra):

Seneca de remediis fortuitorum capitulo 21. et finali. **Uxor aduenticium bonum est: non est inter illa que vnicuique semel contingunt.**

Soror recuperari bona non potest nec mater; uxor aduenticium bonum est. Non est inter illa, quae semel unicuique contingunt.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 16.9 (F. Haase ed., p.457).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 4: De prouidentia contrahendi vel non contrahendi matrimonium (fol.114ra):

Seneca de remediis fortuitorum capitulo 21. et finali. **Inuenies si nihil queris nisi bonam uxorem.**

Inuenies [similem], si nihil quaeris nisi bonam uxorem; tu modo ne imagines proavosque respexeris nec patrimonium, cui iam ipsa nobilitas primo loco cessit.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 16.6 (F. Haase ed., p.456).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 5: De officio et cura pertinendi ad uxores et maritos (fol.114rb):

Seneca de remediis fortuitorum capitulo 21. et finali. **Cum maritum te cogitaueris et virum cogita.**

Hoc unum deest, utrum illam lugeas an non, cum maritum te cogitaueris, et virum cogita.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 16.8 (F. Haase ed., p.457).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 6: De mutua dilectione et fide mariti et vxoris (fol.114va):

Seneca tragediarum in agamenone capitulo 4. **Ultimum est malum: Palam mariti possidens paelex domum.**¹ In hercule etheo capitulo 5. **O quam cruentus feminam stimulat dolor: Cum patuit vna pelici et nupte domus.**²

1. Ultimum est nuptae malum / palam mariti possidens paelex domum.

Seneca, *Agamemno*, 257 (R. Peiper & G. Richter eds., p.251).

2. O quam cruentus feminas stimulat furor, / cum patuit una paelici et nuptae domus.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 233-4 (R. Peiper & G. Richter eds., p.329).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 8: De castitate pudicitia atque impudicitia (fol.114vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 11. capitulo i. **Plures pudore peccandi quam bona voluntate prohibiti abstinent.**

Plures enim pudore peccandi quam bona voluntate prohibitis abstinent.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 83.19 (O. Hense ed., p.328).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 1: De fortitudine animi (fol.117rb-va):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 3. **Quemcumque fortem videris: miserum neges.**¹ In medea capitulo 3. **Fortuna fortes metuit: ignavos premit.**² **Fortuna opes auferre: non animum potest.**³ Idem epistolarum ad lucillum libro 5. capitulo i. **Puto fortiorem esse quam in ipsa morte est quam qui circa mortem. Mors enim admota etiam imperitis animum dedit non vitandi inevitabilia.**⁴ Libro 7. capitulo 8. **Da operam nequid unquam inuitus facias: quicquid futurum est necesse est futurum: repugnantiam volente necessitas non est.**⁵ Libro 13. epistola 7. et penultima. **Sapiens vincit virtutem fortunam.**⁶ Libro 14. epistola 2. **Non affligitur sapiens liberorum amissione: non amicorum. Eodem enim animo fert illorum mortem quo suam expectat.**⁷ Libro 17. epistola 4. et penultima. **Iniquum est queri de eo quod vni accidit et omnibus restat.**⁸ Idem de clementia. **Decet magnanimitas quemlibet mortalem: etiam illum infra quem nihil est positum. Quid enim maius aut fortius quam malam fortunam recondere.**⁹ Idem de consolatione ad helbiam matrem: **Nec secunda sapientem euehant: nec aduersa demittunt.**¹⁰ Idem de consolatione ad paulinum: **Quid tam humile ac mirabile est quam consumendum se dolori committere.**¹¹ Idem de tranquillitate animi. **Nihil tam acerbum est in quo non equus animus solatium inueniat.**¹² Idem de prouidentia. **Ignis aurum probat: miseria: fortes viros.**¹³

1. AMPHITRYON: Quemcumque fortem videris, miserum neges.

Seneca, *Hercules furens*, 464 (R. Peiper & G. Richter eds., p.19).

2. MEDEA: Fortuna fortes metuit, ignavos premit.

Seneca, *Medea*, 159 (R. Peiper & G. Richter eds., p.124).

3. MEDEA: Fortuna opes auferre, non animum potest.

Seneca, *Medea*, 176 (R. Peiper & G. Richter eds., p.125).

4. Dicam enim quid sentiam: puto fortiorem esse eum, qui in ipsa morte est quam qui circa mortem. Mors enim admota etiam imperitis animum dedit non vitandi inevitabilia.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 30.8 (O. Hense ed., p.99).

5. Da operam, nequid unquam inuitus facias. Quicquid necesse futurum est repugnanti, [in] volenti necessitas non est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 61.2 (O. Hense ed., p.195).

6. Sapiens quidem vincit virtute fortunam, at multi professi sapientiam levissimis nonnumquam minis exterriti sunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 71, 30 (O. Hense ed., p.251).

7. Non adfligitur sapiens liberorum amissione, non amicorum. Eodem enim animo fert illorum mortem, quo suam expectat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 74.30 (O. Hense ed., p.269).

8. Deinde iniquum est queri de eo, quod uni accidit, omnibus restat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 99.6 (O. Hense ed., p.470).

9. Decet magnanimitas quemlibet mortalem, etiam illum, infra quem nihil est; quid enim maius aut fortius quam malam fortunam retundere?

Seneca, *De clementia*, 1.5.3 (E. Hosius ed., p.217).

10. Leve momentum in adventiciis rebus est et quod in neutram partem magnas vires habeat: nec secunda sapientem evehunt nec adversa demittunt; laboravit enim semper, ut in se plurimum poneret, ut a se omne gaudium peteret.

Seneca, *Consolatio ad Helviam matrem*, 5.1 (E. Hermes ed., p.343).

11. Quid autem tam humile ac muliebre est quam consumendum se dolori committere?

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 6.2 (E. Hermes ed., p.318).

12. Adsuescendum est itaque condicioni suae et quam minimum de illa querendum et quicquid habet circa se commodi adprendendum: nihil tam acerbum est, in quo non aequus animus solacium inveniatur.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 10.4 (E. Hermes ed., p.263).

13. Ignis aurum probat, miseria fortes viros.

Seneca, *De providentia*, 5.10 (E. Hermes ed., p.17).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 2: De patientia et impatientia (fol.118rb):

Seneca tragediarum in troade capitulo 4. **Quo plura possis plura patienter feras.**¹ In medea capitulo 4. **Equum atque iniquum regis imperium feras.**² Idem epistularum ad lucillum libro 2. epistola 6. et finali. **Multum addit sibi virtus lacessita.**³ Idem de prouidentia. **Marcet sine aduersario virtus: tunc apparet quanta sit quantumcunque polleat cum quid possit patientia ostendit.**⁴ Idem de consolatione ad paulinum: **Non ferre mala sua non est viri.**⁵ Idem in prouerbiis et macrobius saturnaliorum libro 2. capitulo 18. exautior publii. **Feras non culpes quod mutari non potest.**⁶ **Furor fit lesa saepius patientia.**⁷

1. Spiritus quondam trucis / minasque tumidi lentus aeacidiae tuli: / quo plura possis, plura patienter feras.

Seneca, *Troades*, 252-254 (R. Peiper & G. Richter eds., p.60).

2. CREO: Aequum atque iniquum regis imperium feras.

Seneca, *Medea*, 195 (R. Peiper & G. Richter eds., p.125).

3. Multum enim adicit sibi virtus lacessita: tamen si tibi videtur, accipe a me auxilia, quibus munire te possis.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 13.3 (O. Hense ed., p.35).

4. Marcet sine aduersario virtus; tunc apparet quanta sit quantumque polleat, cum quid possit patientia ostendit.

Seneca, *De prouidentia*, 2.3 (E. Hermes ed., p.3).

5. Optime certe illos imitaberis, qui cum indignari possent non esse ipsos exortes huius mali, tamen in hoc uno se ceteris exaequari hominibus non iniuriam sed ius mortalitatis iudicauerunt tuleruntque nec nimis acerbe et aspere, quod acciderat, nec molliter et effeminate; nam et non sentire mala sua non est hominis et non ferre non est viri.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 17.2 (E. Hermes ed., p.335).

6. Feras non culpes, quod mutari non potest.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 176 (W. Meyer ed., p.30). cf. Macrobius, *Sat.* 2.7.11

7. Furor fit laesa saepius patientia.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 178 (W. Meyer ed., p.30). cf. Macrobius, *Sat.* 2.7.11

Pars 5, Liber 1, Rubrica 3: De spernendis conuiciis et malis dictis (fol.118va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 10. epistola 3. **Equo animo audienda sunt imperitorum conuicia: et ad honesta vadenti contemnendus est ipse contemptus.**¹ Libro 15. epistola 4. **Eleganter demetrius noster solet dicere: eodem loco sibi esse voces imperitorum quo ventre redditos crepitus. Quid enim inquit mea refert sursum isti an deorsum sonent.**² Libro 20. et finali epistola 6. **Concludende sunt aures malis vocibus.**³ Idem de clementia. **Magni animi proprium est iniurias atque offensiones spernere despicerere:**⁴ **humili loco positis exercere manum: litigare: in iram procurare ac morem ire sue gerere.**⁵

1. Mihi contingat iste derisus: aequo animo audienda sunt imperitorum conuicia et ad honesta vadenti contemnendus est ipse contemptus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 76.4 (O. Hense ed., p.276).

2. Eleganter demetrius noster solet dicere eodem loco sibi esse voces imperitorum, quo ventre redditos crepitus. 'Quid enim' inquit 'mea, susum isti an deosum sonent.'

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 91.19 (O. Hense ed., p.403).

3. Ideo cludendae sunt aures malis vocibus et quidem primis: quom initum fecerunt admissaeque insunt, plus audent.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 123.9 (O. Hense ed., p.604).

4. Quid enim est memorabilius quam eum, cuius irae nihil obstat, cuius graviori sententiae ipsi, qui pereunt, adsentiuntur, quem nemo interpellaturus est, immo, si vehementius excanduit, ne deprecaturus est quidem, ipsum sibi manum inicere et potestate sua in melius placidiusque uti hoc ipsum cogitantem: occidere contra legem nemo non potest, servare nemo praeter me magnam fortunam magnus animus decet, qui, nisi se ad illam extulit et altior stetit, illam quoque infra ad terram deducit; magni autem animi proprium est placidum esse tranquillumque et iniurias atque offensiones superne despicerere.

Seneca, *De clementia*, 1.5.4 (E. Hosius ed., p.217).

5. Humili loco positis exercere manum, litigare, in rixam procurare ac morem irae suae gerere liberius est; leves inter paria ictus sunt; regi vociferatio quoque verborumque intemperantia non ex maiestate est.

Seneca, *De clementia*, 1.7.4 (E. Hosius ed., p.220).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 4: De animi constantia seu perseuerantia leuitate pertinacia et mutabilitate (fol.119ra):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. epistola 2. **Primum argumentum composite mentis existimo posse consistere et secum morari.**¹ **Non conualescit planta que sepe transfertur.**² Libro 5. epistola 5. **Ante omnia hoc cura vt constes tibi.**³ Libro 7. epistola 4. **Stultitie nihil constat: nihil diu placet.**⁴ Idem de tranquillitate animi: **Humanus animus agilis est et pronus ad motus.**⁵ **Semper presentibus infesta est leuitas.**⁶ Idem de consolatione ad helbiam matrem. **Mobilis et inquieta homini mens data est: nunquam se tenere potest. Spargitur: et cogitationes suas in omnia nota atque ignota dimittit vaga: et quietis impatiens et nouitate rerum letissima.**⁷ Idem in prouerbiis. **Argumentum bene composite mentis est: consistere et secum morari.**⁸

1. Primum argumentum conpositae mentis existimo posse consistere et secum morari.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 2.1 (O. Hense ed., p.3).

2. Non prodest cibus nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur; nihil aequae sanitatem impedit quam remediorum crebra mutatio; non venit vulnus ad cicatricem, in quo medicamenta temptantur; non conualescit planta, quae saepe transfertur: nihil tam utile est, ut in transitu prosit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 2.3 (O. Hense ed., p.3).

3. Profice et ante omnia hoc cura, ut constes tibi.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 35.4 (O. Hense ed., p.112).

4. ‘Stultitia’ inquis ‘est cui nihil constat, nihil diu placet.’

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 52.2 (O. Hense ed., p.157).

5. Hinc illud est taedium et displicentia sui et nusquam residentis animi volutatio et otii sui tristis atque aegra patientia, utique ubi causas fateri pudet et tormenta introsus egit verecundia, in angusto inclusae cupiditates sine exitu se ipsae strangulant; inde maeror marcorque et mille fluctus mentis incertae, quam spes inchoatae suspensam habent, deploratae tristem; inde ille adfectus otium suum detestantium querentiumque nihil ipsos habere, quod agant et alienis incrementis inimicissima invidia: alit enim livorem infelix inertia et omnes destrui cupiunt, quia se non potuere provehere; ex hac deinde aversatione alienorum processuum et suorum desperatione obirascens fortunae animus et de saeculo querens et in angulos se retrahens et poenae incubans suae, dum illum taedet sui pigetque natura enim humanus animus agilis est et pronus ad motus.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 2.10 (E. Hermes ed., p.248).

6. Inde peregrinationes suscipiuntur vagae et in litora pererrantur et modo mari se modo terra experitur semper praesentibus infesta levitas.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 2.13 (E. Hermes ed., p.249).

7. Invenio qui dicant inesse naturalem quandam inritationem animis commutandi sedes et transferendi domicilia; mobilis enim et inquieta homini mens data est, nusquam se tenet, spargitur et cogitationes suas in omnia nota atque ignota dimittit, vaga et quietis inpatiens et novitate rerum laetissima.

Seneca, *Consolatio ad Helviam matrem*, 6.6 (E. Hermes ed., p.346).

8. Primum argumentum conpositae mentis existimo posse consistere et secum morari.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 2.1 (O. Hense ed., p.3).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 5: De spe et desperatione (fol.119va-vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 2. epistola 3. **Spes incerti boni nomen est.**¹ Libro 12. epistola 2. et finali. **Diuitie insolentiam dant: nihil est aliud insolentia quam spes false magnitudinis.**² Libro 18. epistola i. **O quanta dementia est spes longas inchoantium.**³ Idem declamationum libro 5. capitulo i. **Spes vltimum est aduersarum rerum solatium.**⁴ Libro 9. capitulo 6. et finali. **Concitatissima est rabies in desperatione.**⁵ Idem de breuitate vite. **Spes spem excitat ambitionem ambitio.**⁶

1. Vide itaque, quid de te sperem, immo quid spondeam mihi, spes enim incerti boni nomen est: non inuenio, cum quo te malim esse quam tecum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 10.2 (O. Hense ed., p.27).

2. Quae bona sunt, magnitudinem animi dant, diuitiae insolentiam. Nihil autem aliud est insolentia quam species magnitudinis falsa.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 87.32 (O. Hense ed., p.360).

3. O quanta dementia est spes longas inchoantium: emam aedificabo, credam exigam, honores geram, tum deinde lassam et plenam senectutem in otium referam.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 101.4 (O. Hense ed., p.482).

4. Spes est vltimum aduersarum rerum solacium.

Seneca Rhetor, *Controversiarum excerpta*, 5.1 (L. Hakanson ed., p.152).

5. Concitatissima est rabies in morte et desperatione ultima in furorem animus impellitur.

Seneca Rhetor, *Controversiarum excerpta*, 9.6 (L. Hakanson ed., p.282).

6. Operose adsecuntur quae volunt, anxii tenent quae adsecuti sunt; nulla interim numquam amplius redituri temporis ratio est: novae occupationes veteribus substituuntur, spes spem excitat, ambitionem ambitio.

Seneca, *De breuitate uitae*, 17.4 (E. Hermes ed., p.305).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 6: De magnanimitate et magnificentia et pusillanimitate (fol.120ra-rb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 5. epistola 10. **Habet hoc optimum in se generosus animus quod concitatur ad honesta: neminem excelsi ingenii virum humilia delectant et sordida.**¹ Idem de clementia. **Magni animi proprium est placidum esse et tranquillum quietumque. Magni animi proprium est iniurias atque offensiones spernere despiciere:**² **humili loco positis exercere manum litigare: in iram procurare: at morem ire sue gerere.**³

1. Habet enim hoc optimum in se generosus animus, quod concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant et sordida: magnarum rerum species ad se vocat et extollit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 39.2 (O. Hense ed., p.118).

2. Quid enim est memorabilius quam eum, cuius irae nihil obstat, cuius graviori sententiae ipsi, qui pereunt, adsentiuntur, quem nemo interpellaturus est, immo, si vehementius excanduit, ne deprecaturus est quidem, ipsum sibi manum inicere et potestate sua in melius placidiusque uti hoc ipsum cogitantem: occidere contra legem nemo non potest, servare nemo praeter me magnam fortunam magnus animus decet, qui, nisi se ad illam extulit et altior stetit, illam quoque infra ad terram deducit; magni autem animi proprium est placidum esse tranquillumque et iniurias atque offensiones superne despiciere.

Seneca, *De clementia*, 1.5.4 (E. Hosius ed., p.217).

3. Humili loco positis exercere manum, litigare, in rixam procurrere ac morem irae suae gerere liberius est; leves inter paria ictus sunt; regi vociferatio quoque verborumque intemperantia non ex maiestate est.

Seneca, *De clementia*, 1.7.4 (E. Hosius ed., p.220).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.121va-vb):

Seneca de ira libro i. **Ira in temeritatem prona est: et pericula dum inferre vult: non timet.**¹
Libro 2. **Nunquam iracundia admittenda est: aliquando simulanda.**² **Fortiora solidaque natura ingenia antequam disciplina molliatur prona in iram sunt.**³ **Nihil magis facit iracundos quam educatio mollis et blanda:**⁴ **Maximum remedium ire mora est.**⁵ **Quid est gloriosius quam iram in amicitiam commutare.**⁶ Libro 3. **Cetera vitia impellunt animos: ira precipitat.**⁷ **Animus affectus nimis offenditur.**⁸ Idem epistolarum ad lucillum libro 3. epistola 4. **Immodica ira gignit insaniam.**⁹ **Ingentis ire exitus furor est.**¹⁰ Libro 19. epistola 8. **Iracundi hominis iracunda oratio est.**¹¹ Idem tragediarum in hercule furente capitulo 3. **Arma non seruant modum Nec temperari facile: nec reprimi potest Stricti ensis ira.**¹² In thieste capitulo 7. **Ira cum magnis agitata causis Gratiam rumpit generatque bellum.**¹³ In hyppolito capitulo 2. **Furor cogit Semper peiora.**¹⁴ **Siste furibundum impetum.**¹⁵ Capitulo 7. **Quid sinat inausum femine preceps furor.**¹⁶ In troade capitulo 4. **Iuuenile vicium est regere non posse impetum.**¹⁷ Capitulo 7. **Dabit ira vires.**¹⁸ In medea capitulo 3. **Ira que tegitur nocet.**¹⁹ Capitulo 7. **Grauis ira regum est semper.**²⁰ Idem in prouerbiis. **Fulmen est vbi cum potestate habitat iracundia.**²¹ **Iratus etiam facinus consilium putat.**²²

1. Non est itaque utilis ne in proeliis quidem aut bellis ira; in temeritatem enim prona est et pericula, dum inferre vult, non cavet.

Seneca, *De ira*, 1.11.8 (E. Hermes ed., p.58).

2. Numquam itaque iracundia admittenda est, aliquando simulanda, si segnes audientium animi concitandi sunt, sicut tarde consurgentis ad cursum equos stimulis facibus que subditis excitamus.

Seneca, *De ira*, 2.14.1 (E. Hermes ed., p.85).

3. Quod evenit, quia fortia solidaque natura ingenia, antequam disciplina molliantur, prona in iram sunt.

Seneca, *De ira*, 2.15.1 (E. Hermes ed., p.86).

4. Dabimus aliquod laxamentum, in desidiam vero otiumque non resolvemus et procul a contactu deliciarum retinebimus; nihil enim magis facit iracundos quam educatio mollis et blanda: ideo unicis quo plus indulgetur, pupillisque quo plus licet, corruptior animus est.

Seneca, *De ira*, 2.21.6 (E. Hermes ed., p.91).

5. Maximum remedium irae mora est.

Seneca, *De ira*, 2.29.1 (E. Hermes ed., p.98).

6. Quid est gloriosius quam iram amicitia mutare?

Seneca, *De ira*, 2.34.4 (E. Hermes ed., p.104).

7. Cetera vitia inpellunt animos, ira praecipitat.

Seneca, *De ira*, 3.1.4 (E. Hermes ed., p.109).

8. Nam ut ulcera ad levem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt, ita animus adfectus minimis offenditur, adeo ut quosdam salutatio et epistula et oratio et interrogatio in litem evocent: numquam sine querella aegra tanguntur.

Seneca, *De ira*, 3.9.5 (E. Hermes ed., p.119).

9. Ab illo fiet numeratio: 'Inmodica ira gignit insaniam.'

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 18.14 (O. Hense ed., p.57).

10. Ita est, mi lucili, ingentis irae exitus furor est, et ideo ira vitanda est non moderationis causa, sed sanitatis.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 18.15 (O. Hense ed., p.57).

11. Haec ergo et eiusmodi vitia, quae alicui inpressit imitatio, non sunt indicia luxuriae nec animi corrupti: propria enim esse debent et ex ipso nata, ex quibus tu aestimes alicuius adfectus: iracundi hominis iracunda oratio est, commoti nimis incitata, delicati tenera et fluxa.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 114.20 (O. Hense ed., p.553).

12. Arma non servant modum; / nec temperari facile nec reprimi potest / stricti ensis ira, bella delectat cruor.

Seneca, *Hercules furens*, 403-405 (R. Peiper & G. Richter eds., p.17).

13. Ira cum magnis agitata causis / gratiam rupit cecinitque bellum, / cum leves frenis sonuere turmae, / fulsit hinc illinc agitatus ensis / quem movet crebro furibundus ictu / sanguinem mavors cupiens recentem: / opprimit ferrum manibus que iunctis / ducit ad pacem pietas negantes.

Seneca, *Thyestes*, 552-559 (R. Peiper & G. Richter eds., p.299).

14. PHAEDRA: quae memoras scio / vera esse, nutrix; sed furor cogit sequi / peiora.

Seneca, *Phaedra*, 177-179 (R. Peiper & G. Richter, p.163).

15. Siste furibundum impetum.

Seneca, *Phaedra*, 263 (R. Peiper & G. Richter, p.166).

16. Quid sinat inausum feminae praeceps furor?

Seneca, *Phaedra*, 824 (R. Peiper & G. Richter, p.185).

17. AGAMEMNON: Iuvenile vitium est regere non posse impetum; / aetatis alios fervor hic primus rapit, / pyrrhum paternus.

Seneca, *Troades*, 250-252 (R. Peiper & G. Richter eds., p.60).

18. Resistam, inermis offeram armatis manus, / dabit ira vires.

Seneca, *Troades*, 671-672 (R. Peiper & G. Richter eds., p.73).

19. Gravia quisquis vulnera / patiente et aequo mutus animo pertulit, / referre potuit: ira quae tegitur nocet; / professa perdunt odia vindictae locum.

Seneca, *Medea*, 161-164 (R. Peiper & G. Richter eds., p.124).

20. IASON: Dum licet abire, profuge teque hinc eripe: / gravis ira regum est semper.

Seneca, *Medea*, 493-494 (R. Peiper & G. Richter eds., p.136).

21. Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 184 (W. Meyer ed., p.31).

22. Iratus etiam facinus consilium putat.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 262 (W. Meyer ed., p.37).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 8: De vindicta et clementia seu remissione proprie iniurie (fol.122vb):

Seneca de clementia: **Nullum clementia ex omnibus magis quam regem et principem decet.**¹ **Magni animi proprium est iniurias atque offensiones spernere: despiciere:**² **humili loco positus exercere manum: litigare: in iram procurare atque morem sue ire gerere.**³ **Clementia non tantum honestiores: sed tutiores prestat: ornamentum enim imperatorum est et certa salus.**⁴ **Clementer vocabo non in alieno dolore facilem: sed eum qui cum suis stimulis exagitetur non prosilit.**⁵ **Clementia est temperantia animi in potestate vlciscendi. Uel leuitas superioris aduersus inferiorem. Dicitur etiam inclinatio animi ad lenitatem in pena exigenda. Atque hoc homines intelligunt clementiam esse: que se flectat citra id quod merito constitui posset.**⁶ Idem de ira libro. **Sepe satius est dissimulare quam vlcisci iniuriam.**⁷ Idem tragediarum in hercule furente capitulo 11. et finali. **Sepe vindicta offuit.**⁸ In thebaide capitulo 5. et finali. **Qui vult amari languida regnat manu.**⁹ In agamenone capitulo 4. **Det ille veniam facile cui est opus venia.**¹⁰ Idem de septem liberalibus artibus: **Clementia alieno sanguini tanquam suo parcat: et scit non hominis esse homine prodigo vtendum.**¹¹

1. Nullum tamen clementia ex omnibus magis quam regem aut principem decet.

Seneca, *De clementia*, 1.3.3 (E. Hosius ed., p.214).

2. Quid enim est memorabilius quam eum, cuius irae nihil obstat, cuius graviori sententiae ipsi, qui pereunt, adsentiuntur, quem nemo interpellaturus est, immo, si vehementius excanduit, ne deprecaturus est quidem, ipsum sibi manum inicere et potestate sua in melius placidiusque uti hoc ipsum cogitantem: occidere contra legem nemo non potest, servare nemo praeter me magnam fortunam magnus animus decet, qui, nisi se ad illam extulit et altior stetit, illam quoque infra ad terram deducit; magni autem animi proprium est placidum esse tranquillumque et iniurias atque offensiones superne despiciere.

Seneca, *De clementia*, 1.5.4 (E. Hosius ed., p.217).

3. Humili loco positus exercere manum, litigare, in rixam procurrere ac morem irae suae gerere liberius est; leves inter paria ictus sunt; regi vociferatio quoque verborumque intemperantia non ex maiestate est.

Seneca, *De clementia*, 1.7.4 (E. Hosius ed., p.220).

4. Clementia ergo non tantum honestiores sed tutiores praestat ornamentumque imperiorum est simul et certissima salus.

Seneca, *De clementia*, 1.11.4 (E. Hosius ed., p.227).

5. Nam quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille, qui, quod alteri donat, sibi detrahit, ita clementem vocabo non in alieno dolore facilem, sed eum, qui, cum suis stimulis exagitetur, non prosilit, qui intellegit magni animi esse iniurias in summa potentia pati nec quicquam esse gloriosius principe impune laeso.

Seneca, *De clementia*, 1.20.3 (E. Hosius ed., p.237).

6. Clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi vel lenitas superioris adversus inferiorem in constituendis poenis. Plura proponere tutius est, ne una finitio parum rem comprehendat et, ut ita dicam, formula excidat; itaque dici potest et inclinatio animi ad lenitatem in poena exigenda. Illa finitio contradictiones inveniet, quamvis maxime ad verum accedat, si dixerimus clementiam esse moderationem aliquid ex merita ac debita poena remittentem: reclamabitur nullam virtutem cuiquam minus debito facere. Atqui hoc omnes intellegunt clementiam esse, quae se flectit citra id, quod merito constitui posset.

Seneca, *De clementia*, 2.3.1-2 (E. Hosius ed., pp.245-6).

7. Si tamquam ad remedium venimus, sine ira veniamus, non quasi dulce sit vindicari, sed quasi utile; saepe autem satius fuit dissimulare quam ulcisci. Potentiorum iniuriae hilari vultu, non patienter tantum ferendae sunt: facient iterum, si se fecisse crediderint.

Seneca, *De ira*, 2.33.1 (E. Hermes ed., p.102).

8. AMPHITRYON: Saepe vindicta obfuit.

Seneca, *Hercules furens*, 1187 (R. Peiper & G. Richter eds., p.43).

9. Qui vult amari, languida regnat manu.

Seneca, *Phoenissae*, 659 (R. Peiper & G. Richter, p.115).

10. Dat ille veniam facile cui venia est opus.

Seneca, *Agamemno*, 267 (R. Peiper & G. Richter eds., p.251).

11. Non magis quam simplicitatem, quam modestiam ac moderationem, non magis quam frugalitatem ac parsimoniam, non magis quam clementiam, quae alieno sanguini tamquam suo parcat et scit homini non esse homine prodige utendum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 88.30 (O. Hense ed., p.371).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 9: De verecundia (fol.123rb-va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 2. epistola 2. **Uerecundia in adolescente bonum signum est. Rubor grauissimis quoque viris subitus affunditur. Rubor inuenibus magis apparet: quibus et plus calor est et tenera frons: nihilominus et veteranos et senes tangit. Quidam nunquam magis quam cum erubuerint timidi sunt: quasi omnem verecundiam effuderint. Non accidit rubor ab infirmitate mentis: sed a nouitate rei: que inexercitatos etiam si non concutit mouet: naturali in hac facilitate corporis pronos. Ut quidam boni sanguinis sunt: ita quidam incitati et mobilis et cito in hos prodeuntis.**¹ Idem de naturalibus questionibus libro i. **Tenerrima est oculorum verecundia.**² Idem in prouerbiis. **Proximum ad innocentiam verecundia peccandi.**³ **Recta ingenia debilitat verecundia.**⁴

1. Ubi se colligebat, uerecundiam, bonum in adolescente signum, vix potuit excutere: adeo illi ex alto suffusus est rubor. Hic illum, quantum suspicor, etiam cum se confirmaverit et omnibus vitiis exuerit, sapientem quoque sequetur. Nulla enim sapientia naturalia corporis aut animi vitia ponuntur: quicquid infixum et ingenitum est, lenitur arte, non vincitur. Quibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit, non aliter quam fatigatis et aestuantibus solet, quibusdam tremunt genua dicturis, quorundam dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt: haec nec disciplina nec usus umquam excutit, sed natura vim suam exercet et illo vitio sui etiam robustissimos admonet. Inter haec esse et ruborem scio, qui grauissimis quoque viris subitus adfunditur. Magis quidem in iuuenibus apparet, quibus et plus calor est et tenera frons. Nihilominus et veteranos et senes tangit. Quidam numquam magis, quam cum erubuerint, timendi sunt, quasi omnem verecundiam effuderint. Sulla tunc erat violentissimus, cum faciem eius sanguis invaserat. Nihil erat mollius ore pompeii: numquam non coram pluribus rubuit, utique in contionibus. Fabianum, cum in senatum testis esset inductus, erubuisse memini, et hic illum mire pudor decuit. Non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed a nouitate rei, quae inexercitatos, etiamsi non concutit, mouet naturali in hoc facilitate corporis pronos. Nam ut quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati et mobilis et cito in os prodeuntis.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 11.1-5 (O. Hense ed., pp.28-9).

2. In perditis quoque et ad omne dedecus expositis tenerrima est oculorum uerecundia.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 1.16.4 (H.M. Hine ed., p.46).

3. Proximum ab innocentia tenet locum verecundia peccati confessio.

Publilius Syrus, *Sententiae*, prou. 52 (E. Woelfflin ed., p.96).

4. Recta ingenia debilitat verecundia, praua confirmat audacia.

Publilius Syrus, *Sententiae*, prou. 91 (E. Woelfflin ed., p.105).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 10: De timore (fol.124ra):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 3. **Prona est timori semper in peius fides.**¹ Idem de naturalibus questionibus libro 5. **Si vultis nihil timere cogitate omnia timenda.**² **Ex insolito formido maior est.**³ Idem de moribus: **Stultum est timere quod vitare non possis.**⁴ Idem de remediis fortuitorum capitulo 2. **Stultum est timere quod vitari non possis.**⁵ Idem in prouerbiis: **Inimicum quamuis humilem docti est metuere.**⁶

1. AMPHITRYON: Immo quod metuunt nimis / numquam moveri posse nec tolli putant:
/ prona est timori semper in peius fides.

Seneca, *Hercules furens*, 314-316 (R. Peiper & G. Richter eds., p.14).

2. Si uultis nihil timere, cogitate omnia esse metuenda.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 6.2.3 (H.M. Hine ed., p.234).

3. Leuius accidunt familiaria, at ex insolito formido maior est.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 6.3.2 (H.M. Hine ed., p.237).

4. Stultum est timere, quod vitare non possis: istud non effugit etiam qui distulit.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 2.3 (F. Haase ed., p.447).

5. Stultum est timere, quod vitare non possis: istud non effugit etiam qui distulit.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 2.3 (F. Haase ed., p.447).

6. Inimicum quamuis humilem docti est metuere.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 255 (W. Meyer ed., p.36).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 11: De audacia (fol.124va-vb):

Seneca de naturalibus questionibus libro 3. **Nullus perniciosior hostis est quam quem audacem angustie faciunt: longe violentius semper ex necessitate quam ex virtute cor agitur: aut certe paria conantur animus magnus et perditus.**¹ Idem in prouerbiis: **In rebus dubiis multum valet audacia.**²

1. Nullus perniciosior hostis est quam quem audacem angustiae faciunt, longeque uiolentius semper ex necessitate quam ex uirtute confligitur, aut certe paria conantur animus magnus ac perditus.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 2.59.5 (H.M. Hine ed., p.105).

2. In rebus dubiis plurimi est audacia.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 259 (W. Meyer ed., p.37).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 12: De temeritate (fol.125ra):

Seneca tragediarum in agamenone capitulo 3. **Certa est temeritas que petit casum ducem.**¹

Idem in epistolis ad lucillum libro 15. epistola 4. **Temeritas est damnare quod nescias.**²

1. NVTRIX: Caeca est temeritas quae petit casum ducem.

Seneca, *Agamemno*, 145 (R. Peiper & G. Richter eds., p.247).

2. Interim temeritas est damnare, quod nescias.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 91.21 (O. Hense ed., p.404).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 3: De belli pressura periculo et euentu (fol.125va):

Seneca tragediarum in thebayde capitulo 5. et finali. **Fortuna belli semper ancipiti in loco est.**

Nunc belli mala / proponere, dubias martis incerti vices: / licet omne tecum graeciae robur
trahas, / licet arma longe miles ac late explicet, / fortuna belli semper ancipiti in loco est.

Seneca, *Phoenissae*, 625-629 (R. Peiper & G. Richter, p.114).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 8: De experientia et vsu bellici exercitii (fol.126vb):

Seneca de prouidentia: **Ad suspitionem vulneris tyro palescit: audacter veteranus cruorem suum spectat: qui scit se sepe vicisse post sanguinem.**

Ad suspicionem vulneris tiro pallescit, audacter veteranus cruorem suum spectat, qui scit se saepe vicisse post sanguinem.

Seneca, *De prouidentia*, 4.7 (E. Hermes ed., p.12).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 10: De ocio et perpeffione bellici operis (fol.127ra-rb):

Seneca epistolarum libro 7. capitulo 11. **Effeminat animos amenitas nimia. Nullum laborem recusant manus que ad arma ab aratro transferuntur.**¹ Idem declamationum capitulo 2. **Mollit vim ocium: ferrum situ rubiginem ducit.**²

1. Effeminat animos amoenitas nimia nec dubie aliquid ad corrupendum vigorem potest regio. Quamlibet viam iumenta patiuntur, quorum durata in aspero ungula est: in molli palustri que pascuo saginata cito subteruntur. Et fortior miles ex confragoso venit: segnis est urbanus et verna. Nullum laborem recusant manus, quae ad arma ab aratro transferuntur: in primo deficit pulvere ille unctus et nitidus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 51.10 (O. Hense ed., p.155).

2. Mollit viros otium, ferrum situ rubiginem ducit.

Seneca Rhetor, *Controuersiarum excerpta*, 2.2 (L. Hakanson ed., p.126).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 11: De prouidentia et preconuiliatione belli (fol.127rb):

Seneca in prouerbiis: **Diu preparandum est bellum vt uincas celerius.**

Diu adparandum est bellum, ut uincas celerius.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 125 (W. Meyer ed., p.26).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 20: De audacia: timore: spe: et desperatione et magnanimitate bellatorum (fol.129vb):

Seneca de naturalibus questionibus libro 3. **Nullus perniciosior hostis est quam quem audacem angustie faciunt: longe violentius semper ex necessitate quam ex virtute confligitur: aut certe paria conantur animus magnus et perditus.**

Nullus perniciosior hostis est quam quem audacem angustiae faciunt, longeque uiolentius semper ex necessitate quam ex uirtute confligitur, aut certe paria conantur animus magnus ac perditus.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 2.59.5 (H.M. Hine ed., p.105).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 1: De aduersitate et prosperitate (fol.136vb-137ra):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 3. capitulo 1. **Cum aspexeris qui te antecedant cogita qui sequantur. Si vis gratus esse aduersus deos et aduersus vitam tuam cogita quam multos antecesseris.**¹ Idem de beata vita: **Nullus homo sine aliqua querela est.**² Idem de consolatione ad paulinum: **Studia optime felicitatem extollunt: et facillime minuunt calamitatem.**³ Idem de consolatione ad marciam: **Nulli contingit impune nasci.**⁴ Idem de consolatione ad helbiam matrem: **Unum habet assidua infelicitas bonum quod quos semper vocat nouissime indurat.**⁵ **Nec secunda sapientem euehant: nec aduersa demittunt.**⁶ Idem de naturalibus questionibus libro 4. **Pauca admodum sunt sine aduersario.**⁷ Idem tragediarum in thyeste capitulo 7. **Nemo confidat nimium secundis. Nemo desperet meliora lapsis.**⁸ In edipo capitulo 6. **Iners malorum remedium ignorantia est.**⁹ In troade capitulo 11. et penultimo. **Equior casum tulit et procellas Mille qui ponto pariter carinas: Obrui vidit.**¹⁰ In agamenone capitulo 4. **Prospera animos efferunt.**¹¹ In hercule etheo capitulo 2. **Commoda cladibus Magnis magna patent.**¹² Capitulo 6. **O si pateant pectora dictum. Quantos inter sublimes agit. Fortuna metus.**¹³ Capitulo 8. **Mors sola portus dabitur erumpnis.**¹⁴

1. Cum aspexeris, quot te antecedant, cogita, quot sequantur. Si vis gratus esse aduersus deos et aduersus vitam tuam, cogita, quam multos antecesseris.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 15.10 (O. Hense ed., p.47).

2. Muta in contrarium hanc indulgentiam temporis, hinc illinc percutiatur animus damno, luctu, incursionibus varis, nulla hora sine aliqua querella sit: non ideo me dicam inter miserrima miserum, non ideo aliquem execrabor diem; provisum est enim a me, ne quis mihi ater dies esset.

Seneca, *De uita beata*, 25.3 (E. Hermes ed., p.225).

3. Tibi vero nihil ex consuetudine mutandum est tua, quoniam quidem ea instituisti amare studia, quae et optime felicitatem extollunt et facillime minuunt calamitatem eademque et ornamenta maxima homini sunt et solacia.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 18.1 (E. Hermes ed., p.336).

4. Iube singulos conferre rationem: nulli contigit impune nasci.

Seneca, *Consolatio ad Marciam*, 15.4 (E. Hermes ed., p.171).

5. Unum habet assidua infelicitas bonum, quod quos semper vexat, nouissime indurat.

Seneca, *Consolatio ad Heluiam matrem*, 2.3 (E. Hermes ed., p.341).

6. Leve momentum in adventiciis rebus est et quod in neutram partem magnas vires habeat: nec secunda sapientem evehunt nec adversa demittunt; laboravit enim semper, ut in se plurimum poneret, ut a se omne gaudium peteret.

Seneca, *Consolatio ad Helviam matrem*, 5.1 (E. Hermes ed., p.343).

7. Pauca enim admodum sunt sine aduersario, cetera, etsi uincunt, litigant.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 4b.5.1 (H.M. Hine ed., p.193).

8. Nemo confidat nimium secundis, / nemo desperet meliora lassis: / miscet haec illis prohibetque clotho / stare fortunam, rotat omne fatum.

Seneca, *Thyestes*, 615-618 (R. Peiper & G. Richter eds., p.301).

9. OEDIPVS: Iners malorum remedium ignorantia est.

Seneca, *Oedipus*, 515 (R. Peiper & G. Richter ed., p.221).

10. Dulce in immensis posito ruinis, / neminem laetos habuisse vultus: / ille deplorat queriturque fatum, / qui secans fluctum rate singulari / nudus in portus cecidit petitos; / aequior casum tulit et procellas, / mille qui ponto pariter carinas / obrui vidit tabulaque latus / naufraga, terris mare dum coactis / fluctibus corus prohibet, revertit.

Seneca, *Troades*, 1024-1033 (R. Peiper & G. Richter eds., p.85).

11. Rex mycenarum fuit, / veniet tyrannus: prospera animos efferant.

Seneca, *Agamemno*, 251-252 (R. Peiper & G. Richter eds., p.251).

12. Commoda cladibus / magnis magna patent; nil superest mali: / iratum miserae vidimus herculem.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 170-72 (R. Peiper & G. Richter eds., p.327).

13. O si pateant pectora ditum. / Quantos intus sublimis agit / fortuna metus.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 648-50 (R. Peiper & G. Richter eds., p.343).

14. Mors sola portus dabitur aerumnis meis.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 1021 (R. Peiper & G. Richter eds., p.357).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 2: De fortuitis ac fatalibus accidentibus auersitatis vel prosperitatis (fol.137vb):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 13. epistola 7. et penultima. **Sapiens vincit virtute fortunam.**¹ **Nullus contra fortunam inexpugnabilis murus est.**² Libro 17. epistola 3. **Erant qui aut boni aliquid nobis: aut mali iudicant tribuere fortunam. Materiam dat bonorum et inicia rerum apud nos in malum bonumue exiturarum. Ualentior enim omni fortuna animus est: et in vtramque partem ipse res suas ducit beateque ac misere vite sibi causa est.**³ Idem tragediarum in hyppolito capitulo 10. **Res humanas ordine nullo. Fortuna regit: spargitque manu. Munera caeca.**⁴ In medea capitulo 3. **Fortuna opes auferre: non animum potest.**⁵

1. Sapiens quidem vincit virtute fortunam, at multi professi sapientiam levissimis nonnumquam minis exterriti sunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 71.30 (O. Hense ed., p.251).

2. Nullus autem contra fortunam inexpugnabilis murus est: intus instruamur.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 74.19 (O. Hense ed., p.266).

3. Errant enim, lucili, <qui> aut boni aliquid nobis aut malum iudicant tribuere fortunam: materiam dat bonorum ac malorum et initia rerum apud nos in malum bonumve exiturarum. Valentior enim omni fortuna animus est et in utramque partem ipse res suas ducit beataeque ac miserae vitae sibi causa est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 98.2 (O. Hense ed., p.464).

4. Res humanas ordine nullo / fortuna regit sparsitque manu / munera caeca, peiora fovens; / vincit sanctos dira libido, / fraus sublimi regnat in aula.

Seneca, *Phaedra*, 978-982 (R. Peiper & G. Richter, p.190).

5. MEDEA: Fortuna opes auferre, non animum potest.

Seneca, *Medea*, 176 (R. Peiper & G. Richter eds., p.125).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 3: De mutabilitate et caducitate prosperitatis atque aduersitatis ex inopinatis casibus fortuitis aut fatalibus (fol.138rb-va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. epistola 3. **Neminem eo fortuna prouexit vt non tantum illi minaretur quantum permiserit.**¹ Libro 3. epistola i. **Redige te ad parua ex quibus cadere non possis.**² Libro 15. epistola 4. **Quid est quod non fortuna cum voluit ex florentissimo detrahat: quod non eo magis aggrediatur et quatia quo speciosius fulget quid illi arduum quidve difficile est.**³ **Nihil priuatum: nihil publicum stabile est tam hominum quam vrbium fata voluuntur: inter placidissima terror existit.**⁴ 5. epistola et finali. **Qui aliquo auxilio substinetur potest cadere.**⁵ Idem de breuitate vite. **Quod altius surrexerit: primus est in occasum.**⁶ Idem de consolatione ad paulinum: **Nunquam stabili consistimus loco: pendemus et fluctuamur: et alter in alterum elidimur.**⁷ Idem de consolatione ad marciam: **Plena et infesta variis casibus vita est: a quibus nulla longa pax vix inducie sunt.**⁸ Idem de naturalibus questionibus libro 2. **Secundis nemo confidat: aduersis nemo deficiat: alterne sunt vices rerum.**⁹ Libro 6. et finali. **Nulla tempestas magna perdurat.**¹⁰ Idem tragediarum in thyeste capitulo 7. **Nulla sors longa est: dolor atque voluptas Inuicem cedunt Ima permutat leuis hora summis.**¹¹ **Nemo confidat nimium secundis. Nemo desperet meliora lapsis. Rotat omne fatum. Res deus nostras celeri citatas Turbine versat.**¹² In agamenone capitulo 2. **Nunquam placidam sceptris quietem. Certumue sui tenere diem.**¹³ **Ferunt celsos fulmina colles. Corpora morbis maiora patent.**¹⁴ Capitulo 13. et penultimo. **O nulla longi temporis felicitas.**¹⁵ In octauia capitulo 10. **Quicquid excelsum est cadet.**¹⁶ Capitulo 19. et finali. **Nec sibi quisquam spondere potest Firmum: est stabile per quia casus Uoluit varios: semper nobis Metuenda dies.**¹⁷ In hercule etheo capitulo 6. **Male pensantur magna minis.**¹⁸ Idem in prouerbiis. **Leuis est fortuna: cito reposcit quod dedit.**¹⁹

1. De pompeii capite pupillus et spado tulere sententiam, de crasso crudelis et insolens parthus; gaius caesar iussit lepidum dextro tribuno praebere cervicem, ipse chaereae praestitit: neminem eo fortuna prouexit, ut non tantum illi minaretur, quantum permiserat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 4.7 (O. Hense ed., p.8).

2. Quae potest esse felicitas propior? redige te ad parua, ex quibus cadere non possis, idque ut libentius facias, ad hoc pertinebit tributum huius epistulae, quod statim conferam.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 20.8 (O. Hense ed., p.63).

3. Quid enim est, quod non fortuna, cum voluit, ex florentissimo detrahat? quod non eo magis aggrediatur et quatiat, quo speciosius fulget? quid illi arduum quidve difficile est?

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 91.4 (O. Hense ed., p.398).

4. Nihil privatim, nihil publice stabile est; tam hominum quam urbium fata volvuntur. Inter placidissima terror existit nihilque extra tumultuantibus causis mala, unde minime exspectabantur, erumpunt.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 91.7 (O. Hense ed., p.399).

5. Nam qui aliquo auxilio sustinetur, potest cadere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 92.2 (O. Hense ed., p.404).

6. Omne enim quod fortuito obvenit instabile est, quoque altius surrexerit, opportunius est in occasum.

Seneca, *De breuitate uitae*, 17.4 (E. Hermes ed., p.305).

7. Si velis credere altius veritatem intuentibus, omnis vita supplicium est: in hoc profundum inquietumque proiecti mare, alternis aestibus reciprocum et modo allevans nos subitis incrementis, modo maioribus damnis deferens assidueque iactans, numquam stabili consistimus loco, pendemus et fluctuamur et alter in alterum illidimur et aliquando naufragium facimus, semper timemus; in hoc tam procelloso et ad omnes tempestates exposito mari navigantibus nullus portus nisi mortis est.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 9.6 (E. Hermes ed., p.323).

8. Plena et infesta variis casibus vita est, a quibus nulli longa pax, vix indutiae sunt.

Seneca, *Consolatio ad Marciam*, 16.5 (E. Hermes ed., p.173).

9. Itaque secundis nemo confidat, aduersis nemo deficiat: alternae sunt uices rerum.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 3.praef.7 (H.M. Hine ed., p.111).

10. Nulla autem tempestas magna perdurat: procellae quanto plus habent uirium tanto minus temporis; uenti cum ad summum uenerunt, remittuntur; omnia uiolenta necesse est ipsa concitatione in exitum sui tendant.

Seneca, *Naturales quaestiones*, 7.9.3 (H.M. Hine ed., p.291).

11. Nulla sors longa est: dolor ac voluptas / invicem cedunt; brevior voluptas. / Imma permutat levis hora summis: / ille qui donat diadema fronti, / quem genu nixae tremuere gentes, / cuius ad nutum posuere bella / medus et phoebi propioris indus / et dahae parthis equitem minati, / anxius sceptrum tenet et moventes / cuncta divinat metuitque casus / mobiles rerum dubiumque tempus.

Seneca, *Thyestes*, 596-606 (R. Peiper & G. Richter eds., p.301).

12. Nemo confidat nimium secundis, / nemo desperet meliora lassis: / miscet haec illis prohibetque clotho / stare fortunam, rotat omne fatum. / Nemo tam divos habuit faventes, / crastinum ut posset sibi polliceri: / res deus nostras celeri citatas / turbine versat.

Seneca, *Thyestes*, 615-622 (R. Peiper & G. Richter eds., p.301).

13. O regnorum magnis fallax / fortuna bonis, in praecipiti / dubioque locas nimis excelsos; / numquam placidam sceptram quietem / certumve sui tenere diem; / alia ex aliis cura fatigat / vexatque animos nova tempestas.

Seneca, *Agamemno*, 57-63 (R. Peiper & G. Richter eds., p.245).

14. Vela secundis inflata notis / ventos nimium timere suos, / nubibus ipsis inserta caput / turris pluvio vapulat austro, / densasque nemus spargens umbras / annosa videt robora frangi; / feriunt celsos fulmina colles, / corpora morbis maiora patent, / et cum in pastus armenta vagos / vilia currant, / placet in vulnus maxima cervix.

Seneca, *Agamemno*, 90-100 (R. Peiper & G. Richter eds., p.246).

15. STROPHIVS: O nulla longi temporis felicitas.

Seneca, *Agamemno*, 928 (R. Peiper & G. Richter eds., p.275).

16. Quicquid excelsum est cadat.

Pseudo-Seneca, *Octavia*, 471 (R. Peiper & G. Richter eds., p.412).

17. CHORVS: Regitur fatis mortale genus, / nec sibi quisquam spondere potest / firmum et stabile – / per quam casus volvit varios / semper nobis metuenda dies; / animum firment exempla tuum, / iam multa domus quae vestra tulit: / quid saevior est fortuna tibi?

Pseudo-Seneca, *Octavia*, 924-931 (R. Peiper & G. Richter eds., p.428).

18. Medium caeli dum sulcat iter, / tenuit placitas daedalus oras / nullique dedit nomina ponto; / sed dum volucres vincere veras / icarus audet / patriasque puer despicit alas / phoeboque volat proximus ipsi, / dedit ignoto nomina ponto: / male pensantur magna ruinis.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 683-91 (R. Peiper & G. Richter eds., p.345).

19. Leuis est fortuna: cito reposcit quod dedit.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 295 (W. Meyer ed., p.39).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 4: De naturali mutabilitate status cuiuscunque (fol.139rb):

Seneca de consolatione ad marciam: **Omnia humana breuia et caduca sunt.**¹ **Quicquid ad summum venit ad exitum prope est. Ubi incremento locus non est vicinus occasus est.**²

1. Omnia humana brevia et caduca sunt et infiniti temporis nullam partem occupantia.

Seneca, *Consolatio ad Marciam*, 21.1 (E. Hermes ed., p.183).

2. Quicquid ad summum per venit, ab exitu prope est. Eripit se aufert que ex oculis perfecta virtus, nec ultimum tempus expectant quae in primo maturuerunt. Ignis quo clarior fulsit, citius extinguitur; vivacior est, qui cum lenta ac difficili materia commissus fumoque demersus ex sordido lucet; eadem enim detinet causa, quae maligne alit: sic ingenia quo inlustriora, breviora sunt; nam ubi incremento locus non est, vicinus occasus est.

Seneca, *Consolatio ad Marciam*, 23.3-4 (E. Hermes ed., p.188).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 5: De pressura temporis (fol.139vb):

Seneca tragediarum in hyppolito capitulo 5. **Etate frueri: mobili cursu fugit.**¹ Capitulo 7. **Dum licet utere. Tempus te tacitum subruit.**² In troade capitulo 5. **Tempus avidum nos deuorat.**³

1. Potius annorum memor / mentem relaxa: noctibus festis facem / attolle, curas bacchus exoneret graves; / aetate frueri: mobili cursu fugit.

Seneca, *Phaedra*, 443-446 (R. Peiper & G. Richter, p.172).

2. Dum licet, utere. Tempus te tacitum subruit, horaque / semper praeterita deterior subit.

Seneca, *Phaedra*, 774-776 (R. Peiper & G. Richter, p.183).

3. Post mortem nihil est ipsaque mors nihil, / velocis spatii meta novissima; / spem ponant avari, solliciti metum: / tempus nos avidum deuorat et chaos.

Seneca, *Troades*, 397-400 (R. Peiper & G. Richter eds., p.64).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 6: De tristitia et merore (fol.140rb-va):

Seneca tragediarum in hyppolito capitulo 4. **Non leuat miseros dolor.**¹ In edipo capitulo 3. **Ubi lecta duris mixta in ambiguo iacent: Incertus animus scire cum cupiat timet.**² Capitulo 12. et penultimo. **Dulce merenti populus dolentum. Ferre quam sortem patiuntur omnes: Nemo recusat.**³ In agamenone capitulo 6. **Clades scire qui refugit suas: Grauat timore: dubia plus torquent mala.**⁴ In hercule etheo capitulo 6. **O si pateant pectora ditum. Quantos intus sublimis agis Fortuna metus.**⁵ Idem epistolarum ad lucillum libro 2. epistola 6. et finali. **Ne sis miser ante tempus: cum illa que velut imminetia expauisti fortasse nunquam vetera sunt: certe non venerunt:**⁶ etiam si futurum est quid iuuat dolori suo occurrere: satis cito dolebit cum venerit: iterim tibi meliora promitte.⁷ **Sepe metum tempora.**⁸ Libro 7. epistola 10. **Turpissimum est in homine prudente remedium meroris laxitudo merendi. Nulla res citius in odium venit quam dolor. Dolor recens consolationem inuenit: et aliquos ad se adducit: inueteratus vero deridetur: nec immerito: aut enim simulatus aut stultus est.**⁹ Libro 10. epistola 3. **Precogitati mali mollis ictus venit.**¹⁰ Libro 13. epistola 3. **Tam miser est quisque quam credit.**¹¹ **Quicquid expectatum est diu: lenius accedit.**¹² Libro 14. epistola 2. **Non affligitur sapiens liberorum amissione: non amicorum. Eodem enim animo fert illorum mortem quo suam expectat.**¹³ Quid est dementius quam agi futuris: nec se tormento reseruare: sed acersire sibi miserias.¹⁴ Libro 15. epistola 4. **Inexpectata plus aggrauat.**¹⁵ Libro 17. epistola 4. et penultima. **Superuacuum est dolere: si nihil dolendo proficias.**¹⁶ **Nemo libenter tristi conuersatur.**¹⁷ Idem de tranquillitate animi: **Tollerabilius est non acquirere quam amittere. Letiores videbis quos nunquam fortuna respexit quam quos deseruit.**¹⁸ **Nihil tam acerbum in quo non equus animus solatium inueniat.**¹⁹ Idem de prudentia. **Magis vrgent seua inexpertos.**²⁰ Idem de consolatione ad paulinum. **Nihil est difficilius quam magno dolori paria verba reperire.**²¹ **Quid tam humile ac muliebre est: quam consumendum se dolori committere.**²² Idem de consolatione ad helbiam matrem: **Naturale est manum sepius ad id recurrere quod doleat.**²³ Idem de remediis fortuitorum capitulo 10. **Dura est res dolor.**²⁴

1. CHORVS: Sepone questus: non leuat miseros dolor; / agreste placa virginis numen deae.

Seneca, *Phaedra*, 404-405 (R. Peiper & G. Richter, p.170).

2. OEDIPVS: Horrore quator, fata quo vergant timens, / trepidumque gemino pectus affectu labat: / ubi laeta duris mixta in ambiguo iacent, / incertus animus scire cum cupiat timet.

Seneca, *Oedipus*, 206-209 (R. Peiper & G. Richter ed., p.210).

3. Dulce maerenti populus dolentum, / dulce lamentis resonare gentes; / lenius luctus lacrimae que mordent, / turba quas fletu similis frequentat. Semper a semper dolor est malignus: / gaudet in multos sua fata mitti / seque non solum placuisse poenae. Ferre quam sortem patiuntur omnes, / nemo recusat.

Seneca, *Troades*, 1009-1017 (R. Peiper & G. Richter eds., p.85).

4. CLYTEMESTRA: Exprobra: clades scire qui refugit suas / gravat timorem; dubia plus torquent mala.

Seneca, *Agamemno*, 419-420 (R. Peiper & G. Richter eds., p.257).

5. O si pateant pectora ditum. / Quantos intus sublimis agit / fortuna metus.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 648-50 (R. Peiper & G. Richter eds., p.343).

6. Illud tibi praecipio, ne sis miser ante tempus, cum illa, quae velut imminetia expavisti, fortasse numquam ventura sint, certe non venerint.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 13.4 (O. Hense ed., p.35).

7. Etiam si futurum est, quid iuvat dolori suo occurrere? satis cito dolebis, cum venerit: interim tibi meliora promitte.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 13.10 (O. Hense ed., p.37).

8. Si minus, vitio vitium repelle: spe metum tempera.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 13.12 (O. Hense ed., p.37).

9. Turpissimum autem est in homine prudente remedium maeroris lassitudo maerendi. Malo relinquo dolorem quam ab illo relinquaris, et quam primum id facere desiste, quod etiam si voles, diu facere non poteris. Annum feminis ad lugendum constituere maiores, non ut tam diu lugerent, sed ne diutius: viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum. Quam tamen mihi ex illis mulierculis dabis vix retractis a rogo, vix a cadavere revulsis, cui lacrimae in totum mensem duraverint. Nulla res citius in odium venit quam dolor, qui recens consolatorem invenit et aliquos ad se adducit, inveteratus vero deridetur, nec inmerito. Aut enim simulatus aut stultus est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 63.12-13 (O. Hense ed., p.199).

10. Praecogitati mali mollis ictus venit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 76.34 (O. Hense ed., p.284).

11. Tam miser est quisque quam credidit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 78.13 (O. Hense ed., p.294).

12. Quicquid expectatum est diu, lenius accedit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 78.29 (O. Hense ed., p.298).

13. Non adfligitur sapiens liberorum amissione, non amicorum. Eodem enim animo fert illorum mortem, quo suam expectat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 74.30 (O. Hense ed., p.269).

14. Quid autem dementius quam angi futuris nec se tormento reservare, sed arcessere sibi miserias et admovere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 74.33 (O. Hense ed., p.270).

15. Inexpectata plus adgravant: novitas adicit calamitatibus pondus, nec quisquam mortalium non magis quod etiam miratus est, doluit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 91.3 (O. Hense ed., p.398).

16. Nec inmerito: nam primum supervacuum est dolere, si nihil dolendo proficias.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 99.6 (O. Hense ed., p.470).

17. Nemo enim libenter tristi conversatur, nedum tristitiae,

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 99.23 (O. Hense ed., p.474).

18. Tolerabilius autem est, ut dixi, facilius que non acquirere quam amittere, ideoque laetiores videbis, quos numquam fortuna respexit, quam quos deseruit.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 8.3 (E. Hermes ed., p.259).

19. Adsuescendum est itaque condicioni suae et quam minimum de illa querendum et quicquid habet circa se commodi adprendendum: nihil tam acerbum est, in quo non aequus animus solacium inveniatur.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 10.4 (E. Hermes ed., p.263).

20. Magis urgent saeva inexpertos, grave est tenerae cervici iugum.

Seneca, *De providentia*, 4.7 (E. Hermes ed., p.11).

21. Parum autem me indignari scio; nihil est enim difficilius quam magno dolori paria verba reperire.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 3.3 (E. Hermes ed., p.314).

22. Quid autem tam humile ac muliebre est quam consumendum se dolori committere?

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 6.2 (E. Hermes ed., p.318).

23. Ceterum quia necesse est, cum omnia feceris, cogitationes tamen tuas subinde ad me recurrere nec quemquam nunc ex liberis tuis frequentius tibi obversari, non quia illi minus cari sunt, sed quia naturale est manum saepius ad id referre, quod doleat, qualem me cogites accipe: laetum et alacrem velut optimis rebus.

Seneca, *Consolatio ad Helviam matrem*, 18.8 (E. Hermes ed., p.367).

24. “Dura res est dolor.”

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 9.2 (F. Haase ed., p.451).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 7: De fletu et lamentatione (fol.141rb):

Seneca in tragediarum in thyeste capitulo 11. et penultimo. **Flendi miseris dira cupido est.**¹ In hyppolito capitulo 9. **Sed pone questus: non leuat miseros dolor.**² Capitulo 5. **At si quis ultro se malis offert volens Seque ipse torquet: perdere est dignus bona.**³ In troade capitulo 9. **Fletus erumnas leuat.**⁴ In medea capitulo 3. **Leuior est dolor qui capere consilium potest: et clepere sese.**⁵ In agamenone capitulo 7. **Magis exuriunt que secretae lacerant cure.**⁶ In hercule etheo capitulo 2. **Mortis habet vices: Lente cum trahitur vita gemitibus.**⁷ Idem epistolarum ad lucillum libro 7. epistola 10. **Nec sicci sint oculi amico amisso: nec fluant: lachrymandum est: non plorandum.**⁸ Libro 13. epistola 3. **Noli mala tua facere tibi ipsi grauiora: et te querelis onerare.**⁹ Libro 17. epistola 8. et penultima. **Iniquum est queri de eo quod vni accidit et omnibus restat.**¹⁰ **Stultius nihil est quam famam captare tristitie et lachrymas approbare quasi iudicio sapienti viro.**¹¹ Idem de remediis fortuitorum capitulo 10. **Clamorem dolor exprimit.**¹² 16. capitulo. **Stultus es qui fles casus mortalium: quid istic aut nouum aut mirum.**¹³ Idem de ira libro i. **Inualidum omne natura querulum est.**¹⁴ Idem in prouerbiis: **In calamitoso risus etiam iniuria est.**¹⁵

1. Maeror lacrimas amat assuetas, / flendi miseris dira cupido est.

Seneca, *Thyestes*, 952-953 (R. Peiper & G. Richter eds., p.312).

2. CHORVS: Sepone questus: non leuat miseros dolor; / agreste placa virginis numen deae.

Seneca, *Phaedra*, 404-405 (R. Peiper & G. Richter, p.170).

3. Quem fata cogunt, ille cum venia est miser; / at si quis ultro se malis offert volens / seque ipse torquet, perdere est dignus bona / quis nescit uti.

Seneca, *Phaedra*, 440-443 (R. Peiper & G. Richter, p.172).

4. Arbitrio tuo / implere lacrimis: fletus aerumnas leuat.

Seneca, *Troades*, 764-765 (R. Peiper & G. Richter eds., p.76).

5. MEDEA: Levis est dolor qui capere consilium potest / et clepere sese: magna non latitant mala.

Seneca, *Medea*, 155-156 (R. Peiper & G. Richter eds., p.124).

6. CHORVS: Lacrimas lacrimis miscere iuvat: / magis exurunt quos secretae / lacerant curae, iuvat in medium / deflere suos; nec tu, quamvis / dura virago patiensque mali, / poteris tantas flere ruinas.

Seneca, *Agamemno*, 664-669 (R. Peiper & G. Richter eds., p.266).

7. Par ille est superis cui pariter dies / et fortuna fuit, mortis habet vices / lente cum trahitur vita gementibus.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 104-6 (R. Peiper & G. Richter eds., p.324).

8. Nec sicci sint oculi amisso amico nec fluant. Lacrimandum est, non plorandum.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 63.1 (O. Hense ed., p.197).

9. Noli mala tua facere tibi ipse graviora et te querellis onerare.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 78.13 (O. Hense ed., p.293).

10. Deinde iniquum est queri de eo, quod uni accidit, omnibus restat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 99.6 (O. Hense ed., p.470).

11. Stultius vero nihil est quam famam captare tristitiae et lacrimas adprobare, quas iudico sapienti viro alias permissas cadere, alias vi sua latas.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 99.18 (O. Hense ed., p.473).

12. “Clamorem dolor exprimit.”

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 9.1 (F. Haase ed., p.451).

13. Stultus es, qui defles mortem mortalium. Quid istic aut novum aut mirum est?

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 13.1 (F. Haase ed., p.454).

14. Atqui iracundissimi infantes senesque et aegri sunt, et invalidum omne natura querulum est.

Seneca, *De ira*, 1.13.4 (E. Hermes ed., p.61).

15. In calamitoso risus etiam iniuria est.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 256 (W. Meyer ed., p.36).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 8: De miseria et miseris (fol.141va-vb):

Seneca tragediarum in thieste capitulo 11. **Proprium hoc miseros sequitur vicium. Nunquam rebus crede letis. Redere felix fortuna licet. Tamen afflictos gaudere piget. Flendi miseris dira cupido est.**¹ In troade capitulo 12. et penultimo. **Nemo se credit miserum: sit licet. Tolle felices.**² Idem epistolarum ad lucillum libro 9. epistola i. **Nemo nisi vicio miser est.**³ Idem declamationum libro 8. capitulo i. **Fortuna quos miseros facit etiam superstitiosos facit.**⁴

1. Proprium hoc miseros sequitur vitium, / numquam rebus credere laetis: / redeat felix fortuna licet, / tamen afflictos gaudere piget. Quid me revocas festumque vetas / celebrare diem, quid flere iubes, / nulla surgens dolor ex causa? / quid me prohibes flore decenti / vincire comam? prohibet, prohibet. / Vernae capiti fluxere rosae, / pingui madidus crinis amomo / inter subitos stetit horrores, / imber vultu nolente cadit, / venit in medias voces gemitus. Maeror lacrimas amat assuetas, / flendi miseris dira cupido est.

Seneca, *Thyestes*, 938-953 (R. Peiper & G. Richter eds., p.312).

2. Tolle felices: miserum, licet sit, / nemo se credit; removete multo / divites auro, removete centum / rura qui scindunt opulenta bubus: / pauperi surgent animi iacentes – / est miser nemo nisi comparatus.

Seneca, *Troades*, 1018-1023 (R. Peiper & G. Richter eds., p.85).

3. Bono loco res humanae sunt, quod nemo nisi vitio suo miser est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 70.15 (O. Hense ed., p.239).

4. 'Irata' inquit 'dis sacrilegium potuit admittere'; frangitur calamitosis animus et ipsa se infelicitas damnat et hoc condicio humana vel pessimum habet, quod Fortuna quos miseros fecit etiam superstitiosos facit.

Seneca Rhetor, *Controversiarum excerpta*, 8.1 (L. Hakanson ed., p.228).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 11: De diuina consolatione miserabilium personarum (fol.142va):

Seneca de clementia. **Misericordia est vitium animorum nimis miserias patientium.**

Inbecillos oculos esse scias, qui ad alienam lippitudinem et ipsi subfunduntur, tam mehercules quam morbum esse, non hilaritatem, semper adridere ridentibus et ad omnium oscitationem ipsum quoque os diducere; misericordia vitium est animorum nimis miseria patientium, quam si quis a sapiente exigit, prope est, ut lamentationem exigit et alienis funeribus gemitus.

Seneca, *De clementia*, 2.6.4 (E. Hosius ed., p.249).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 12: De humana consolatione miserorum (fol.143ra):

Seneca de tranquillitate animi: **Si te ad studia reuocaueris: omne vite fastidium effugies.**¹

Idem de consolatione ad paulinum: **Studia optime felicitatem extollunt: et facillime calamitatem minuunt.**²

1. Si te ad studia revocaveris, omne vitae fastidium effugeris nec noctem fieri optabis taedio lucis, nec tibi gravis eris nec aliis supervacuum; multos in amicitiam adtrahes adfluetque ad te optumus quisque.

Seneca, *De tranquillitate animi*, 3.6 (E. Hermes ed., p.252).

2. Tibi vero nihil ex consuetudine mutandum est tua, quoniam quidem ea instituisti amare studia, quae et optime felicitatem extollunt et facillime minuunt calamitatem eademque et ornamenta maxima homini sunt et solacia.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 18.1 (E. Hermes ed., p.336).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 1: De laboriositate et vanitate vite (fol.143rb):

Seneca tragediarum in hyppolito capitulo 9. **O vita fallax: abditos sensus geris. Animisque pulchram turpibus faciem induis.**¹ In hercule etheo capitulo 8. **Mors sola portus dabitur erumnis.**² Idem de consolatione ad marciam: **Plena et infesta variis casibus vita est: a quibus nulla longa pax: vix inducie sunt.**³ **Nihil tam fallax vt vita humana: nihil tam insidiosum.**⁴ Idem de consolatione ad paulinum: **Omnis vita supplicium est.**⁵ Idem de remediis fortuitorum capitulo 2. **Peregrinatio est vita hec: cum multum ambulaueris demum redeundum est.**⁶ 21. capitulo et finali. **Mors exilium luctus dolor non sunt supplicia: sed tributa viuendi. Neminem illesum fata transmutant.**⁷

1. O vita fallax, abditos sensus geris / animisque pulchram turpibus faciem induis: / pudor impudentem celat, audacem quies, / pietas nefandum; vera fallaces probant / simulantque molles dura.

Seneca, *Phaedra*, 151-154 (R. Peiper & G. Richter, p.188).

2. mors sola portus dabitur aerumnis meis.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 1021 (R. Peiper & G. Richter eds., p.357).

3. Plena et infesta variis casibus vita est, a quibus nulli longa pax, vix induciae sunt.

Seneca, *Consolatio ad Marciam*, 16.5 (E. Hermes ed., p.173).

4. Nihil est tam fallax quam vita humana, nihil tam insidiosum: non me hercules quisquam illam accepisset, nisi daretur inscientibus.

Seneca, *Consolatio ad Marciam*, 22.3 (E. Hermes ed., p.186).

5. Si velis credere altius veritatem intuentibus, omnis vita supplicium est: in hoc profundum inquietumque proiecti mare, alternis aestibus reciprocum et modo allevans nos subitis incrementis, modo maioribus damnis deferens assidueque iactans, numquam stabili consistimus loco, pendemus et fluctuamur et alter in alterum illidimur et aliquando naufragium facimus, semper timemus; in hoc tam procelloso et ad omnes tempestates exposito mari navigantibus nullus portus nisi mortis est.

Seneca, *Consolatio ad Polybium*, 9.6 (E. Hermes ed., p.323).

6. Peregrinatio est vita: cum multum ambulaveris, domum redeundum est.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 2.2 (F. Haase ed., p.447).

7. Mors, exilium, luctus, dolor non sunt supplicia sed tributa vivendi. Neminem illaesum fata transmittunt.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitarum liber*, 16.9 (F. Haase ed., p.457).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 2: De vite breuitate et quantitate (fol.143va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 6. epistola 7. et finali. **Punctum est quod viuius: et adhuc puncto minus.**¹ Idem de consolatione ad marciam: **Omnia humana breuia et caduca sunt: et infiniti temporis nullam partem occupantia.**²

1. Punctum est quod vivimus et adhuc puncto minus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 20.7 (O. Hense ed., p.63).

2. Omnia humana brevia et caduca sunt et infiniti temporis nullam partem occupantia.

Seneca, *Consolatio ad Marciam*, 21.1 (E. Hermes ed., p.183).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 3: De mortis naturalitate (fol.143vb-144ra):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 7. **Prima que vitam Dedit hora carpsit.**¹ In troade capitulo 5. **Tempus nos avidum deuorat.**² Idem epistolarum ad lucillum libro 4. epistola 3. **Quotidie morimur: quotidie enim demittitur aliqua pars vite. Et tunc quoque cum crescimus vita decrescit.**³ **Ultima hora qua esse desinimus non sola mortem facit: sed sola consummat.**⁴ Libro 15. epistola 4. **Omnia mortalium opera mortali a te damnata sunt.**⁵ Libro 20. et finali epistola 3. **Quotidie propius ab ultimo stamus: et illo unde nobis cadendum est hora nos omnis impellit.**⁶ 6. capitulo. **Fluunt dies et irreparabilis vita decurrit.**⁷ Seneca de remediis fortuitorum capitulo i. **Mors omnia abscidit. Mors omnia deuorat.**⁸ 2. capitulo. **Peregrinatio est vita hec: cum multum ambulaueris demum redeundum est.**⁹ **Quod ceperit desinit.**¹⁰ 5. capitulo. **Adolescentes et impuberes eadem fati necessitas ducit.**¹¹ 16. capitulo. **Non est idem ordo fati quod et etatis.**¹²

1. Sis licet segnis, properamus ipsi: / prima quae vitam dedit hora, carpit / thebis laeta dies adest.

Seneca, *Hercules furens*, 873-875 (R. Peiper & G. Richter eds., p.32).

2. Post mortem nihil est ipsaque mors nihil, / velocis spatii meta novissima; / spem ponant avidi, solliciti metum: / tempus nos avidum deuorat et chaos.

Seneca, *Troades*, 397-400 (R. Peiper & G. Richter eds., p.64).

3. Memini te illum locum aliquando tractasse, non repente nos in mortem incidere, sed minutatim procedere: cotidie morimur. Cotidie enim demitur aliqua pars vitae, et tunc quoque, cum crescimus, vita decrescit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 24.20 (O. Hense ed., p.81).

4. Quemadmodum clepsydrum non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit, sic ultima hora, qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat: tunc ad illam pervenimus, sed diu venimus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 24.20 (O. Hense ed., p.82).

5. Hoc unum scio: omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt, inter peritura vivimus.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 91.12 (O. Hense ed., p.401).

6. Cotidie enim propius ab ultimo stamus, et illo, unde nobis cadendum est, hora nos omnis impellit.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 120.17 (O. Hense ed., p.586).

7. Fluunt dies et irreparabilis vita decurrit: dubitamus sapere?

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 123.10 (O. Hense ed., p.604).

8. Ad hoc praecipue gens humana contremittit, nec immerito [videtur sibi hoc facere]: ceteri enim timores habent aliquem post se locum: mors omnia abscindit; alia nos torquent: mors omnia devorat.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 1.2 (F. Haase ed., p.456).

9. Peregrinatio est vita: cum multum ambulaveris, domum redeundum est. “Morieris.” Putabam te aliquid novi dicere: ad hoc veni, hoc ago, huc me singuli dies ducunt. Nascenti mihi protinus natura posuit hunc terminum: quid habeo, quod indignum? In haec verba iuravi.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 2.2 (F. Haase ed., p.447).

10. Ad hanc conditionem cuncta gignuntur: quod coepit, et desinit.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 2.5 (F. Haase ed., p.447).

11. Non citamur ex censu nec exigitur numerus annorum, [et] adolescentes et impuberes eadem fati necessitas ducit.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 4.1 (F. Haase ed., p.448).

12. Non est idem fati ordo, qui et aetatis.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 13.2 (F. Haase ed., p.454).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 4: De certitudine hore mortis et multiplicitate occasionis mortis (fol.144rb):

Seneca tragediarum in thebayde capitulo i. **Ubique mors est. Eripere vitam nemo non homini potest. At nemo mortem: nulle ad hanc aditus patent.**¹ Idem epistolarum ad lucillum libro 4. epistola 5. **Incertum est quo te mors expectet. Itaque tu illam omni loco expecta.**² Idem declamationum libro 7. capitulo i. **Multas rerum natura mortis vias aperuit.**³

1. Ubique mors est. Optume hoc cavit deus / eripere vitam nemo non homini potest, / at nemo mortem; mille ad hanc aditus patent.

Seneca, *Phoenissae*, 151-153 (R. Peiper & G. Richter, p.98).

2. Incertum est, quo loco te mors expectet: itaque tu illam omni loco expecta.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 26.7 (O. Hense ed., p.88).

3. Multas rerum natura mortis vias aperuit, et multis itineribus fata decurrunt, et haec est condicio miserrima humani generis, quod nascimur uno modo, multis morimur: laqueus, gladius, praecipitium, venenum, naufragium, mille aliae mortes insidiantur huic miserrimae animae.

Seneca Rhetor, *Controversiae*, 7.1.9 (L. Hakanson ed., p.173).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 5: De meditatione mortis et vite (fol.144va):

Seneca epistolarum ad lucillum libro i. capitulo 3. **Nulli potest segura vita contingere qui producenda nimis cogitat.**¹ Libro 19. epistola 8. **Nihil eque tibi profuerit ad temperantiam omnium rerum quam frequens cogitatio brevis eui: et huius incerti: quicquid facies respice ad mortem.**² Idem de consolatione ad marciam. **In hoc omnes errore versamur vt non putemus ad mortem nisi senes inclinatosque iam vergere.**³

1. Nulli potest segura vita contingere, qui de producenda nimis cogitat, qui inter magna bona multos consules numerat.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 4.4 (O. Hense ed., p.7).

2. Nihil tamen aequè tibi profuerit ad temperantiam omnium rerum quam frequens cogitatio brevis aevi et huius incerti: quicquid facies, respice ad mortem.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 114.27 (O. Hense ed., p.555).

3. In hoc omnes errore versamur, ut non putemus ad mortem nisi senes inclinatosque iam vergere, cum illo infantia statim et iuventa, omnis aetas ferat.

Seneca, *Consolatio ad Marciam*, 21.7 (E. Hermes ed., p.184).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 6: De mortis horribilitate (fol.144va):

Seneca tragediarum in hyppolito capitulo 9. **O vita fallax: abditos sensus geris. Animisque pulchram turpibus faciem induis.**

O vita fallax, abditos sensus geris / animisque pulchram turpibus faciem induis: /
pudor impudentem celat, audacem quies, / pietas nefandum; vera fallaces probant /
simulantque molles dura.

Seneca, *Phaedra*, 151-154 (R. Peiper & G. Richter, p.188).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 7: Quid mors non sit metuenda (fol.145ra):

Seneca epistolarum ad lucillum libro 5. capitulo i. **Uita cum expectatione mortis data est: ad hanc itur. Quam ideo timere dementis est: quia certa expectantur: dubia metuuntur.**¹ Puto fortiozem esse qui in ipsa morte est quam qui contra mortem. Mors enim admota etiam imperitis animum dedit non vitandi ineuitabilia.² Libro 7. epistola 8. **Bene mori est libenter mori.**³ Libro 20. et finali epistola 4. **Nullum animal ad vitam prodit sine motu mortis.**⁴ Idem declamationum libro 3. capitulo 5. **Crudelius est quam mori semper mortem timere.**⁵ Idem de remediis fortuitorum capitulo i. **Omnium que horremus exitus spectat ad mortem.**⁶ 2. capitulo. **Mors est hominis natura non pena.**⁷ **Stultum est timere quod vitare non possis.**⁸ 4. capitulo. **Undecumque ad inferos vna via est. Nulla est aliena patria mortuo.**⁹ 21. capitulo et finali. **Mors exilium luctus dolor non sunt supplicia: sed tributa viuendi.**¹⁰

1. Vita enim cum exceptione mortis data est; ad hanc itur. Quam ideo timere dementis est, quia certa expectantur, dubia metuuntur.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 30.10 (O. Hense ed., p.100).

2. Dicam enim quid sentiam: puto fortiozem esse eum, qui in ipsa morte est quam qui circa mortem. Mors enim admota etiam imperitis animum dedit non vitandi ineuitabilia.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 30.8 (O. Hense ed., p.99).

3. Ante senectutem curavi, ut bene viverem, in senectute, ut bene moriar: bene autem mori est libenter mori.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 61.2 (O. Hense ed., p.195).

4. Nullum animal ad vitam prodit sine metu mortis.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 121.18 (O. Hense ed., p.592).

5. Crudelius est quam mori semper mortem timere.

Seneca Rhetor, *Controuersiarum excerpta*, 3.5 (L. Hakanson ed., p.138).

6. Ad hoc praecipue gens humana contremittit, nec immerito [videtur sibi hoc facere]: ceteri enim timores habent aliquem post se locum: mors omnia abscindit; alia nos torquent: mors omnia devorat. Omnium, quae horremus, ad hanc exitus spectat, aliorum [recta invadentium, aliorum] per circuitum.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 1.2-3 (F. Haase ed., p.446).

7. “Morieris.” Ista hominis natura est, non poena.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 2.1 (F. Haase ed., p.447).

8. Stultum est timere, quod vitare non possis: istud non effugit etiam qui distulit.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 2.3 (F. Haase ed., p.447).

9. Undecunque ad inferos una via est. “Peregre morieris.” Ego quod debeo, solvere paratus sum; videat fenerator, ubi me appellet. “Peregre morieris.” Nulla terra aliena mortuo.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 3.2 (F. Haase ed., p.448).

10. Mors, exilium, luctus, dolor non sunt supplicia sed tributa vivendi.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 16.9 (F. Haase ed., p.457).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 8: De turpi et mala vita spernenda et mortis acceptabilitate (fol.145rb):

Seneca tragediarum in hercule etheo capitulo 2. **Mortis habet vices: Lente cum trahitur vita gemitibus.**¹ Idem epistolarum ad lucillum libro 9. epistola i. **Non viuere bonus est: sed bene viuere.**²

1. Par ille est superis cui pariter dies / et fortuna fuit, mortis habet vices / lente cum trahitur vita gementibus.

Seneca (dubium), *Hercules Oetaeus*, 104-6 (R. Peiper & G. Richter eds., p.324).

2. Non enim vivere bonum est, sed bene vivere.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium*, 70.4 (O. Hense ed., p.236).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 9: De vita fruenda (fol.145rb-va):

Seneca tragediarum in hercule furente capitulo 2. **Dum facta sinunt Uivite leti: properat cursu Uita citato: volucrique die Rota precipitis vertitur anni.**¹ In hyppolito capitulo 5. **Etate fruere: mobili cursu fugit.**² Capitulo 7. **Dum licet utere: Tempus te tacitum subruit.**³ Idem in epistolis ad lucillum libro 16. epistola 3. et finali. **Uita sine proposito vaga est.**⁴ Idem de breuitate vite: **Praecipitat quisque vitam suam: et futuri desiderio laborat presentium tedio.**⁵ **Maximum viuendi impedimentum est expectatio que pendet ex crastino. Cum celeritate temporis utendi celeritate certandum est: et velut ex torrenti rapido cito hauriendum est.**⁶

1. Dum facta sinunt, vivite laeti: / properat cursu vita citato / volucrique die / rota praecipitis vertitur anni; / durae peragunt pensa sorores / nec sua retro fila revolvunt.

Seneca, *Hercules furens*, 178-183 (R. Peiper & G. Richter eds., p.9).

2. Potius annorum memor / mentem relaxa: noctibus festis facem / attolle, curas bacchus exoneret graves; / aetate fruere: mobili cursu fugit.

Seneca, *Phaedra*, 443-446 (R. Peiper & G. Richter, p.172).

3. Dum licet, utere. Tempus te tacitum subruit, horaque / semper praeterita deterior subit.

Seneca, *Phaedra*, 774-776 (R. Peiper & G. Richter, p.183).

4. Vita sine proposito vaga est.

Seneca, *Epistulae morales ad Lucillum*, 95.46 (O. Hense ed., p.450).

5. Praecipitat quisque vitam suam et futuri desiderio laborat, praesentium taedio.

Seneca, *De breuitate uitae*, 7.8 (E. Hermes ed., p.288).

6. Maximum vivendi impedimentum est expectatio, quae pendet ex crastino, perdit hodiernum. Quod in manu fortunae positum est, disponis, quod in tua, dimittis. Quo spectas? quo te extendis? omnia quae ventura sunt in incerto iacent: protinus vive. Clamat ecce maximus vates et velut divino ore, instinctu salutare carmen canit: optima quaeque dies miseris mortalibus aevi prima fugit. 'Quid cunctaris?' inquit 'quid cessas? nisi occupas, fugit.' Et cum occupaveris, tamen fugiet: itaque cum celeritate temporis utendi velocitate certandum est et velut ex torrenti rapido nec semper ituro cito hauriendum.

Seneca, *De breuitate uitae*, 9.1-2 (E. Hermes ed., p.291).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 11: De sepultura (fol.145va):

Seneca tragediarum de remediis fortuitorum capitulo 4. **Nulla est aliena patria mortuo.**¹
Capitulo 6. **Si nihil sentio non pertinet ad me iactura corporis insepulti. Si sentio hominis sepultura tormentum est.**² **Non defunctorum causa: sed viuorum inuenta est sepultura: vt corpora et visu et odore feda amouerentur.**³

1. Nulla terra aliena mortuo.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 3.2 (F. Haase ed., p.448).

2. Si nihil sentio, non pertinet ad me iactura corporis insepulti: si sentio, omnis sepultura tormentum est.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 5.1 (F. Haase ed., p.449).

3. Non defunctorum causa sed viuorum inuenta est sepultura, ut corpora et visu foeda et odore amouerentur; alios terra obruit, alios flamma consumpsit, alios lapis ad ossa redactus inclusit; [sic] non defunctis sed nostris oculis pracimus.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 5.4 (F. Haase ed., p.449).